Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

JVRISDICTIONE COMMVNITATIS

SIVE

IN RES VNIVERSITATIS,

Die

Dorf- oder Gemeind-Herrschafft und Gemeind-Recht/

QVAM

AVTORITATE

MAGNIFICI

JVRECONSVLTORVM ORDINIS

IN ILLVSTRI VNIVERSITATE ALTDORFINA

PRO LICENTIA,

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME CONSEQVENDI,

PVBLICE PROPONET

AD DIEM XXVIII. MART. A. R. S. MDCCXIX.

CHRISTOPHORVS GVILIELMVS TEVFFEL,

NORIMBERGENSIS.

RECVSA A IOD. GVIL. KOHLESIO VNIV. TYPOGR. A. 1722.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

JVRISDICTIONE COMMVNITATIS

SIVE

IN RES VNIVERSITATIS,

Die

Dorf- oder Gemeind-Herrschafft und Gemeind-Recht/

QVAM

AVTORITATE

MAGNIFICI

JVRECONSVLTORVM ORDINIS

IN ILLVSTRI VNIVERSITATE ALTDORFINA

PRO LICENTIA,

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME CONSEQVENDI,

PVBLICE PROPONET

AD DIEM XXVIII. MART. A. R. S. MDCCXIX.

CHRISTOPHORVS GVILIELMVS TEVFFEL,

NORIMBERGENSIS.

RECVSA A IOD. GVIL. KOHLESIO VNIV. TYPOGR. A. 1722.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

VINDICATIONE COMMUNITATIS

SIVE

JURIS UNIVERSITATIS,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI ORDINIS

JURECONSULTORUM

IN

ALMA ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDI,

DIE XXIX. MARTII MDCCXIX.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CHRISTOPHORUS GOTTLIEB TEUFFEL,

NORIMBERGENSIS.

PERILLVSTRIS AC LIBERAE
SACRI ROMANI IMPERII
REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS

MODERATORIBVS

SPLENDIDISSIMIS,

VIRIS

ILLVSTRIBVS, GENEROSISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS ET EMINENTISSIS

DOMINIS, DOMINIS DVVMVIRIS, TRIVMVIRIS, SEPTEMVIRIS, CONSVLIBVS

RELIQVISQVE

SENATORIBVS,

PATRIAE PATRIBVSC ONSCRIPTIS
GRAVISSIMIS, VIGILANTISSIMIS,
DOMINIS AC MAECENATIBVS
GRATIOSISSIMIS, BENIGNISSIMIS,
CVM VOTO REGIMINIS FORTVNATI,
VITAE LONGAEVAE ET FELICITATIS OMNIGENAE,
HOC STVDIORVM ACADEMICORVM SPECIMEN
IN DEBITI OBSEQVII ARGVMENTVM
EO QVO DECET
OBSEQVIOSISSIMI ANIMI CVLTV
OFFERT ET CONSECRAT
AVTOR.

ILLVSTRES ET GENEROSISSIMI
DOMINI,
DOMINI ET MAECENATES GRATIOSISSIMI

Vm omnibus mortalibus a natura humana ſtimuli amoris erga Patriam ſint innati, adeo, ut nemo non, niſi ab humanitate remotus, patriae regionem ſummè charam dilectamque habeat. Quod Poëta ſuo jam tempore his indicat verbis:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Allicit, immemores nes ſinit eſſe ſui.

Hinc

Hinc nullus erit, qui me temeritatis aut audaciæ arguere possit, dum amor, quem & ego erga patriam meam dilectam sentio, me impellit, & cogit, ut hoc studiorum specimen VOBIS, VESTRISQVE SPLENDIDISSIMIS NOMINIBVS PATRES PATRIAE CLEMENTISSIMI, qui ejus tenetis gubernacula omni debita oservantia offerem & consecrem. Erubescerem sane assiduas graviſſimasque curas, quas cum perpetua NOMINVM VESTRORVM gloria pro Reipublicæ vera salute, promovendisque commodis geritis, interpellare, & VOBIS hunc tenuem & exiguum ingenii fœtum adscribere; nisi VESTRA singularis, erga liberalium artium cultores, benevolentia summusque favor animum addidisset, & nisi ingens gratia, quibus Patrem optimum meque indignos hucusque cumulaveritis, desiderium excitasset, studia mea sublimi VESTRO favori de meliori commendare. Accipite ergo, hanc Disputationis opellam, serena fronte, hosque meos conatus benevole suscipere ne dedignemini, quo ad altiora audenda maximo affectu incitarer. Quod supereſt, DEVM immortalem ardentiſſimis precibus imploro, ut VOS DOMINOS ET MAECENATES, VESTRASque GENEROSISSIMAS FAMILIAS incolumes, vigentes, florentesque per Nestoreos annos servet; quo Reipublicæ nostræ VESTRIS Consiliis commune

mune commodum promoveatur, cives ſubditique læ-
tos eventus habeant. Valete & favete,

VIRI ILLVSTRES ET GENERO-SISSIMI, DOMINI, DOMINI MAECENATES AC PROMOTORES CLEMEN-TISSIMI, NOMINVM VESTRORVM

Obſequientiſſimo Cultori & Civi

CHRISTOPHORO GVILIELMO TEVFFELIO,

NORIMBERGENSI.

PRAEFATIO.

MUltas ac gravissimas semper tum inter eos qui sceptra tenent, tum inter Doctores de Jurisdictione motas fuisse controversias, nemo, qui intricatam hanc materiam leviter tantummodo inspexerit, negabit. Præcipue autem ex eo creberrimæ lites patent, quia Jura diversa & tot Jurisdictionum species diversas deprehendere licet. Sæpius enim accidit, ut una regio, provincia, villa ac castrum plurium dominorum diversis imperiis pareat, dum hic territorialem superioritatem, alter centenam sive superiorem iurisdictionem, alius civilem sive inferiorem, ille bannum ferinum, iste alia Jura sibi competere asserit. Quapropter plurimi non sine ratione demonstrarunt, maximæ difficultatis rem esse, accurate diiudicare, quid ad

unamquamque Jurisdictionis ſpeciem merito referre liceat. Non autem animus eſt in præſenti Jurisdictionem, ſecundum Juris Civilis præcepta tradere, dum in hoc negocio plurimorum Doctorum doctisſima monumenta iamiam proſtent, quæ orbem eruditum augent, inter quos præcipui ſunt ARNOLDUS VINNIUS, HENRICUS BOCERUS, MATTHIAS STEPHANI, TOBIAS PAURMEISTER, BALTHASAR ZAHN, *& alii qui ad titulum de Jurisdictione commentati ſunt. Sed conſtitui ſaltem* Jurisdictionis ſpeciem in res Vniverſitatis ſive Communitatis competentem, die Gemeind- und Dorffs-Herrſchafft und Gemeind-Rechte betreffend / *proponere, & quid de Jure præcipue Franconico, & moribus circa hanc materiam inſignem conſentaneum pro tenuitate virium exponere. Feliciter enim exantlatis per DEI gratiam examinibus ex Decreto & Indultu Magnifici Jure Conſultorum Ordinis hanc materiam loco Speciminis Inauguralis pro more recepto pertractandam ſumſi; qua quidem ob eius ſublimitatem & gravitatem multis involuta controverſiis, a propoſito deterrere poterat; verum adhortatio Virorum, quorum Conſilium mandati inſtar ve-*

neror,

neror, omnem fluctuationem tandem excussit, imprimis cum & hæc Jurisdictio utilitate quam maxime se commendet, & nisi me omnia fallunt, a nemine hactenus ex professo fuerit ventilata. Quapropter antequam me ad ipsam rem accingam, Summi Numinis favorem & auxilium submisse imploro, ut conatibus meis divini Spiritus Sancti gratia adsit, omniaque feliciter succedere iubeat. Tu vero, benevole Lector, præsentes has pagellas, aequa mente iudica, & si forsan me lapsum deprehenderis, imbecillitati generis humani imputes.

CAPVT PRIMVM.

De Explicatione Vocum Jurisdictionis & Communitatis in genere.

§. I.

IMpossibile esse in rei essentiam penitus penetrare absque probe cognitis nominibus quilibet facile concedet, cum ex verbis ceu picturis ipsa rerum natura pateat, probante GELLIO *Noct. Att. Lib.* 13. *c.* 10. conf. etiam a) & omnis in verbis latens obscuritas & ambiguitas ceu errorum genitrix euitetur. Omnibus ferme etiam juris materiam pertractaturis, secundum mores disputantium receptos, hæc solet esse regula, ut a

a) *L.* 1. *ff. de R. J.*

vocabulorum expoſitione exordium ſumatur, quo dictiones amphibolicæ legibus inviſæ clariores reddantur. Veteres etiam Juris-Conſulti in ipſa Juris noſtri Juſtinianæi evolutione monuerunt, notationem nominis minime negligere, ſic enim ULPIANUS a) docet. *Furi operam daturum prius noſſe oportere, unde nomen Juris deſcendat.* Hocque exemplis demonſtratur. b) Quapropter & ego ſtatim in limine diſſertationis non incongruum eſſe puto, ſi illorum inſtitutum ſecuturus terminos thematis paucis præmittere ſuſcipiam.

§. II.

Jurisdictionis itaque vocabulum a Jure dicendo derivatur, ſic enim ubique in Jure noſtro dicitur. c) Non vero a Jure & ditione, prout AZO, TIRAQVELLUS, & ZASIVS aliique exiſtimarunt: quia ſc. numerus litterarum & res ipſa eandem explicationem reſpuit, prout jam declaravit MATTHIAS STEPHANI d) & Magnif. *DN. D.* HILDEBRAND, Patronus æternum colendus e), *varias* circa jurisdictionem deprehendo acceptiones, *quas* magno apparatu collegit PETR. MVLLER ad *Struv. h. t.* & tam late patet, ut etiam quandoque merum Imperium complectatur f). Hic tamen in ſtrictiori ſignificatione accipitur, ut ſub ea inferior tantum Jurisdictio intelligatur.

§. III.

Vocabulum Communitatis originem ducit a verbo Communis, quod diverſimode etiam accipitur. vid. ZASIUS g) DECIUS h) & alias dicitur quod conſuetum, uſitatum, vulgare, gewöhnlich / gebräuchlich / hoc vero a præpo-

a) *L. 1. ff. pr. de J. & J.* b) *L. 1. ff. pr. de furt. l. 1. ff. pr. de acquir. & amitt. poſſeſſ. l. 2. ff. de ſponſ.* c) *l. 1. 10. 14. 18. ff. de Jurisdict.* OBRECHT. *de Jurisd.* d) *de Jurisdict. lib. 1. c. 1.* e) *in tract. de Jurisdict. univerſ. poſ. 1. c. 11.* f) *l. 7. §. 2. ff. de Offic. Proc.* g) *de rer. div. n. 20.* h) *Conſ. 388. n. 1.*

præpositione *Con*, quod idem in compositione denotat ac *Cum*, littera vero *n* euphoniæ causa in *m* mutatur, DIL-HERR a) & vocabulo Munus, vid. MARTINI b) in nativa sua significatione idem est ac Universitas, & denotat nihil aliud quam conjunctam Unionem officiorum juriumque, VOSSIUS c) qualia exempla sunt gemeine Vieh-Trieb / gemeine Land-Strassen / gemeine Beschwerd / gemeine Gerechtigkeit / MYNSING. d)

§. IV.

Porro per res Vniversitatis intelligo omnia illa bona juraque quæ ad communitatem qua talem pertinent, & in quibus singulis nullum jus competit, illa vero consistunt plerumque in agris, pratis, silvis, pascuis & aliis pluribus.

§. V.

Describitur itaque Jurisdictio Communitatis, quod sit Jus sive potestas in Communitatem seu res Vniversitatis qua tales competens & de his causis cognoscendi, & jus dicendi, etiamsi in ea aliorum diversorum dominorum subditi sint.

§. VI.

Ex qua descriptione facile patet excludendam esse illam acceptionem vocis Jurisdictionis communis, quæ a duobus aut pluribus territorii districtus, pagi, vicique Dominis in eodem loco, inque eosdem cives & subditos communiter exercetur, & dicitur die Gemein-Herrschafftliche Obrigkeit / zwey- oder drey-herrige Herrschafft. BESOLD. & DIETHERR. e) WEHNERVS f) quamque pecu-

a) *in app. philolog. & Just.* LIPS. *l. 1. c. 2.* b) *Lexicon philolog. verb. Communis,* & FABRI *Lexicon verbo munus.* c) *Etymolog. ling. lat. voce munus.* d) *Decad. 7. resp. 64. n. 5. seqq.* e) *in Thes. Pract. lit. Z. n. 24. & lit. G. n. 46.* f) *Observ. pract. voc.* Zwey- oder drey-herrige Herrschafft.

peculiaribus Dissertationibus exposuerunt, D. FROMMAN. a) & D. DONAVER. b) Nec minus etiam removendam esse illam acceptionem Jurisdictionis communis, qua loca plurium, ut loquuntur, dominatu defatigantur, in quibus sc. unus superioritatem territorialem, hic jurisdictionem inferiorem, ille jus gladii, alter jus conducendi, & alius alia jura sibi vindicat, de qua vid. D. DONAVER. c) & D. ERTEL. d)

§. VII.

Non itaque aliorum Dominorum Jurisdictionem in subditos infringo, sed statuo, ut etiam alius v. g. Dominus directus in actibus dominio directo connexis, possit jura sua exercere, nec minus etiam summus Magistratus, der die Ober-Bottmäßigkeit hat / in eodem loco mandata & proclamata ad interesse publicum & subditorum commodum solummodo spectantia, ut proponantur & affigantur, mandare potest.

CAPVT SECVNDVM.

De Effectibus Jurisdictionis Communitatis.

§. I.

CUm natura hominum eorumque mores adeo depravati reperiantur, ut nulla provincia & civitas, nullum collegium, nullaque societas bene possit gubernari, & controversiæ in illis sæpius obvenientes decidi, nisi leges saluberrimæ & necessariæ regulæ ad commune interesse & commodum promovendum destinatæ, mala vero coërcentes, constituantur. Qua-

a) *in Diss. de Condom. Territ.* b) *in Diss. de Jurisd. Communi.* c) *l. c.* d) *Prax. Aur. c.* 1. *Observ.* 7. ubi plurima hujusmodi exempla proponuntur.

Quapropter etiam omnibus, qui Jurisdictione ſunt præditi, conceſſum eſſe liquet, varias leges ſub pœnæ certæ comminatione publicare, & in loco publico affigere; eſt enim jurisdictionis conſequens, ut illa data, omnia etiam media conceſſa eſſe videantur, ſine quibus Jurisdictio non poſſit commode exerceri a). Certi itaque Juris eſt, ut Dominus Communitatis, der Gemeind-oder Dorffs-Herr/ ſalvo tamen ſuperioritatis territorialis jure, poſſit Conſtitutiones, Gemeind-Ordnungen/ Ge-und Verbotte proponere, illas mutare, imo etiam abrogare, prout commodum univerſitatis, cujus curam, tranquillitatem & ſecuritatem quam maxime gerere debet, expoſcit.

§. II.

Quia vero in omnibus, ita imprimis in rebus communitatis, conſuetudinis & obſervantiæ vis & efficacia magna deprehenditur; idcirco etiam in proponendis conſtitutionibus morum & diu receptæ conſuetudinis præcipua ratio haberi debet, ut illæ ſecundum cujusque loci obſervantiam conſcribantur: ſæpius enim accidit, ut, quod in hoc loco ſalutare, proficuum & laudabile habetur, in alio e contrario pernicioſum & vituperio dignum reputetur. Maxime vero eo reſpiciendum, ut talia proponantur, quæ negocia univerſitatis pro objecto habent, quæque commodum totius corporis & communitatis, concernunt; bono enim publico omnia cedere, & communis ſalus non ab unius ſalute dependere debet. b)

§. III.

Materiæ vero, de quibus Conſtitutiones communitatis publicantur, varii ſolent eſſe generis, v. gr. de reparatione viarum, de exactione decimarum, de publicis

 nuptiis

a) *L. 2. ff. de Jurisd. cap. 30. X. de offic. & poteſt. jud. deleg.* b) arg. *Nov. 39. c. 1. verſ. Sancimus.*

nuptiis, & choreis, de clandeſtinis congregationibus, quae in totum ſunt prohibitæ, quia ejusmodi conventicula utplurimum in perniciem dominorum tendunt, dum cauſa & officina ſunt, ubi contra dominos, imo etiam contra ipſam communitatem malevolo animo conſilia captari ſolent, quæ deinceps peſſimas ſequelas producunt, quapropter ejusmodi ſeditioſi, inquieti & feroces, ſi præter conſenſum & præſcitum Domini clandeſtine conveniunt, in pœnam vel carceris, vel pecuniæ, vel aliam, in ordinationibus ſtatutam, incidunt. Si igitur quid habent, quod deliberent, ſemper conſenſum domini exigant, ut vel in ejusdem præſentia, vel decurionum, vel aliorum præfectorum inſtituatur. vid. IMHOF a), de feriis & encœniis, de non recipiendis perſonis ſuſpectis, ſi communitas convocetur, ut nemo cum armis quibuscunque compareat, ut equis morbo contagioſo laborantibus non liceat paſcuis uti, & ut incendia eviten-tur, prohibitum, Flachs oder Hanf/ item Schleiſſen oder Holtz/ in und auf denen Oefen zu dörren/ neque die neque nocte mit Schleiſſen/ Kühn oder Stroh-Licht in pago, vel in communitate circumire, in ſtabula vel horrea intrare, in iisque triturare, vel alios labores ſubire, de tempore determinando, quo boves, equi, ſues aliaque pecora exigi domumque compelli debent, ne frumentum, rapæ, olera, piſa, gramen exinde detrimentum capiant. De numero pecorum, columbarum, ſuumque, quot ſcilicet cuivis ex communitate, qui propria domo gaudet, einen Haußſäßigen/ qui ſimul agros prataque poſſidet, quot vero, qui his deſtituitur, & conductor, ein Beſtändner tantum eſt, ſuſtentare liceat. Secundum quem numerum

a) Send-Schreiben an einen Beamten im Fränckiſchen Crais geſeſſen. *N.* 1. *p.* 32.

rum pastori salarium, des Vieh-Hirtens Pfründt/ constituitur, & si quis portionem debitam justo tempore non solvat, punitur, & pascuis uti prohibetur, sein Vieh wird so lang nicht zur Weyde geschlagen. De non dimovendis & turbandis lapidibus finalibus communitatis, sive id fiat agrando sive emetendo, sive quocunque alio modo. Plura vide apud ERTEL. a) BESOLD. b) & SPEIDEL. c) & speciem Dorffs-Ordnung leg. ap. German. PHILOPARCH. d) Mirandum vero quod in quibusdam constitutionibus etiam de his, quæ jam in Decalogo prohibita, & ad quæ omittenda omnis Christianus est obstrictus, præcepta annectantur, v. gr. die Sabathi, qui ad sacra pertractanda est destinatus, negotiis & laboribus, item a blasphemiis, execrationibus & maledictionibus abstinere.

§. IV.

Quid vero valent leges, nisi sint qui custodiant? Dominus enim communitatis omnibus rebus simul præesse nequit: idcirco non tantum utile, sed necessarium omnino est, ut ex jurisdictione sibi competente, arg. e) alios substitutos, delegatos, justitiæque administratores sibi adjungat, qui auxiliatrices in hac jurisdictione manus præbent, & mandato Domini communitatis des Gemeind-Herrn bonum commune pro viribus promovere studeant, insimulque vigilantia & dominorum repræsentatione adsint, & præsint communitatis consortibus. Tales autem sunt Hauptleute/ Schultheissen/ Schöpfen/ Vögte/ Dorfs- und Bauermeister/ uti pro diversitate lo-

 corum

a) *Prax. Aur. c. XI. observ. 3.* b) *Thesaur. practic. voce* Dorf. c) *Specul. Observ. practic. voce* Gemeind. d) Klugen Beamtem *P. I. tit. 38. §. 13. P. II. tit. 38. §. 44.* e) *l. 2. ff. de Jurisd. & C. 5. X. de Offic. deleg.*

corum nominantur, qui ex membris communitatis eliguntur, etiamsi aliorum subditi sint, ut ea expediant & curent, quæ nomine domini & communitatis peragenda sunt.

§. V.

Excluduntur ergo primo illi Sculteti, qui olim erant officiales, de exigendis debitis obligationum pronunciantes, quasi Schuldheischer / pignoris captatione & mulctæ indictione, prout legitur in lege Lombard. a) & PAVL. DIACON. b) Non omnimoda vero jurisdictione erant prædíti, sed comitum potestati erant subjecti BESOLDVS c), & Scabinis eum in finem erant adjuncti, quo eorum dignitas & autoritas splendidior reddatur, & officia faciliori negocio expedirentur, nec minus secundo etiam illi, qui sub Imperatoribus Germanicis Jurisdictionem criminalem simul exercebant, vid. CRVSIVS *d)* & ei, qui fuerunt Vicarii Imperatoris & einen Kayserlichen Stadt-Verweser oder Reichs-Vogt in civitatibus Imperii liberis denotabant. vid. BESOLD. e)

§. VI.

Constituuntur vero tales officiales non extranei, nec conductores, sed in communitate bona immobilia possidentes, vel pro lubitu ab eo qui jurisdictionem communitatis habet, vom Gemeind-Herrn/ vel si observantia aliud suadeat, ut communiter die Walburgis mense Maji fit, in conventu ab ipsa communitate per majora, idque non sine ratione, quia illa mores & capacitatem personarum optime perspectam habet, quapropter etiam heic præsum-

a) *tit.* 6. & 100. *de pignor. & debit. c.* 13. b) *Lib.* 6. *de Legibus Longobard. c.* 8. c) *de Jure Civit. Imperii n.* 3. d) *Annal. Suevic. P.* 3. *l.* 4. *c.* 6. e) *Thesaur. pract. voce* Schultheiß.

ſumptio militat, quod hominem induſtrium, habilem, rerum intelligentem, conſcientioſum, probum, honeſtum, quique reddit omnibus quod ipſis eſt, elegerit. Electus vero non contradicere, ſed munus oblatum niſi ex cauſſis fonticis & excuſantibus debet ſubire, & deinde Domino repræſentari, ut ſi idoneum deprehendat, confirmet, & juramento obſtringat, vel ſi juramentum remiſſum ſtipulata manu promittat, mit Angelobung an Eydes-Statt/ nomine communitatis omnia bona fide & integro animo agere, illi proſpicere, illiusque res fideliter gerere & defendere, damna avertere, & quæ proficua maximopere promovere. vid. Mögeldorfiſche Gemeind-Ordnung *princip.* ſi vero ſua culpa aut negligentia quid commiſſum fuerit, ſuis ſumptibus reparare. a)

§. VII.

In quo autem Decurionum der Dorfs-Hauptleute und Vierer Officium maxime conſiſtat, in certam claſſem non licet coarctare, quia pro ratione locorum & obſervantiæ diverſum invenitur. Præcipue vero eo tendit, ut omnes intendant nervos, quo membra communitatis tenorem mandatorum & conſtitutionis communitatis der Dorfs-oder Gemeinds-Ordnung ſtricte & utilitatem communitatis in genere obſervent, totam communitatem convocent vel per tubam, vel dato ſigno campanæ, vel per miniſtros, quæ convocatio fit vel neceſſitate exigente communi, vel ſpeciali quacunque, v. gr. tempore incendii vel tumultus exorti ſive prope Eccleſiam, ſive circa cauponas ſive etiam circa officinam fabrilem oder auf dem Gemeind-Hauß/ vel ordinarie die

a) vid. *Tract. Jurid. Anonymi* von Dorfs- und Lands-Rechten *edit. An.* 1704. *P. I. cap.* 8. §. 39.

Walburgi, qua omnes & ſinguli ex communitate novæ electioni officialium vel in perſona, vel ſi prægnantes ſint cauſæ, Ehehafften/ per mandatarium comparere debent, ſin ſecus fecerint, ſine omni exceptione pœnæ determinatæ ſubjiciuntur, quam pœnam etiam officiales ſedulo exigant, alias in duplum ſolvere de proprio coguntur. Exacta mulcta in Ciſtulam huc deſtinatam reconditur, & adſervatur, adeo ut nullus absque altero illam aperire poſſit, quæ poſtea ad reparandas vias, ad comparandas ſcalas incendiarias, harpagines & cetera, quæ ad uſum Vniverſitatis neceſſaria ſunt, impenditur a). Novis electis officialibus traditur Conſtitutio, die Gemeind-Ordnung/ das Gemeind-Büchlein/ in quo variæ res communitatis deſcriptæ, libri rationum, documenta, & omnia alia, quæ ad Communitatem ſpectant. In rebus altioris indaginis ipſis licitum eſt, omnes vel *unum*, duo vel plures ex communitate adſciſcere, ut *Conſilio* ad facilitanda negocia adſint. Speciatim vero Scultetus, oder die Vierer poſſunt concedere, ut in Communitate fimetum, eine Miſtſtädt/ habere liceat, ne vero viæ publicæ exinde confundantur, aut pedetentim amplificetur, neceſſum eſt, ut locus conceſſus obſepiatur vel diſtinguatur. Præcipiunt etiam, ut foſſæ & rivi purgentur, cui mandato nemo reſiſtat, ſed vel ipſe laboret, vel loco illius alium idoneum tempore præſcripto ſiſtat. Plura vid. in Philop. b) & in Conſtitutionibus paſſim.

§. VIII.

Experientia teſtatur ſæpius Officiales etiamſi juramento ſint obſtricti, bona ſibi concredita in alium quam ad

a) vid. Mögeldorfiſche und Großreuthiſche Gem. Ordn. *n.* 19. b) Klugen Beamten P. *II. tit.* 38. *§.* 39. & *tract. Jurid. cit. loc.*

ad quem deſtinata ſunt uſum, convertere, & per varias machinationes dilapidare, idcirco omnino neceſſarium eſt, ut rerum Communitatis adminiſtratio minime illorum diſcretioni relinquatur, ſed ut Dominus præſente Communitate ſingulis annis a Decurionibus & Officialibus, Dorfs-Vierern und Hauptleuten / communes rationes exigat; indubitati enim juris quemlibet adminiſtratorem rerum alienarum obnoxium eſſe ex ipſa adminiſtratione rationes reddere, vid. a) legesque civiles commune hoc onus & debitum omnibus impoſuerunt. b) Dominus rationes perluſtret, expenſas impenſasve examinet, & an fidelitatem accuratamque dexteritatem & ſolertiam officiales in gerendo oſtenderint, cognoſcat, an vero ſi minus idonei vel fraudulenti inveniantur, defectumque dolo, lata aut levi culpa commiſerint, quem neceſſario reſtituant, inſimulque pœnæ ſubjiciantur, vel etiam pro circumſtantiis concurrentibus ab ipſo officio removentur. vid. IMHOF. c) & PHILOPARCHUS. d)

§. IX.

Non immerito quæſtio hic annectitur, an Sculteti & dicti Præfecti Univerſitatis habeant jurisdictionem? quæ negative decidenda eſt. Quamvis quidem certum ſit, quod in quibusdam locis Scultetus & Scabini judicium forment, in quo controverſiæ Communitatis ſecundum Conſtitutionem der Dorfs-Ordnung decidantur; ex eo tamen nondum Jurisdictio elici poteſt, quia pœnam non ipſi dictitant, ſed ſunt tantum executores illorum, quæ ab illis, quibus Jurisdictio competit, ſunt deter-

a) *l. 2. & 6. §. ultimo. ff. de negoc. geſt.* b) *l. 1. §. 3. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* c) Send-Schreiben an einen Beamten im Fränckiſchen Crais geſeſſen. *N. 1. p. 31.* d) Kluger Beamter *P. I. tit. 38. §. 13.*

determinata, quippe omnia ad præſcriptum Domini Communitatis pronunciare debent. vid. BERLICH. a) FINKELTHAUS b) CARPZ. c) COLERUS d) Lib. Baro de LYNKER e). Hinc etiam teſtamentum coram Sculteto & duobus Scabinis conditum, invalidum debet pronunciari, quia præterea nec actuarium nec acta habent, f) quod præjudicio confirmat RICHTER g). Aliud tamen dicendum eſt, ſi a Domino Communitatis Jurisdictio Sculteti ſuit demandata, quo vero caſu ultra fines mandati non debent procedere, multo minus illud, quod nec ipſi Domino licitum eſt, peragere poſſunt.

§. X.

Ad redditionem rationum quam Dominus Communitatis propter adminiſtrationem rerum Univerſitatis ab Officialibus exigit, affinitatem etiam habet inſignis ille effectus, nempe inſpectio Eccleſiarum in communitate ſitarum & receptio redditionis rationum bonorum eccleſiaſticorum, die Gottes-Haus-oder Kirchen-Rechnung / quam etſi non in omnibus locis, cum ad eum, qui jus circa ſacra exercet, pertineat, exigere poſſit, attamen concurrentiam in hoc actu per conſuetudinem aliumve titulum ſibi vindicat, præcipue in terris Franconicis & Suevicis, der Gemeind-Herr hat den Beyſitz bey jährlicher Aufnahm der Kirchen-Rechnung. xid. IMHOF h) quia ille tanquam Dominus Jurisdictionis etiam obſtrictus ſit commodum & utilitatem Eccleſiæ procurare & promovere, illique auxilio adeſſe, ſi forte reditus, uſuræ, penſiones, canones, ſolvendi ſuperſint. Debent autem hæ rationes ab ipſis Eccleſiarum Adminiſtratoribus, Kirchen-Gotts-

a) P. I. *deciſ.* 93. b) *Diſp.* 3. *quæſt.* 4. c) *Lib.* 1. *Reſp.* 99. *n.* 15. d) *De proceſſu executivo* P. 2. c. 1. e) *Diſſ. de Jurisd. n.* 9. f) *l.* 19. *C. de teſtament.* g) *deciſ.* 28. *n.* 4. h) Sendſchreiben *N. n.* 1. *p.* 31.

Gotteshaus-Pfleger/ Pröbsten/ Verwaltern/ certo determinatoque die reddi non tantum in præsentia Domini Communitatis, sed etiam Parochi & Patroni, qui minime etiam excludendus est a rationibus reddendis, cum e re Patroni sit, sarta tectaque manere bona ecclesiastica, a) qui postmodum, ut moris plerumque est, rationes ratificant & manu subscribunt. De cœteris personis, quæ huic actui interesse solent, & quomodo redditiones rationum juste & legitime reddi debeant, videri potest in BOEHMERO b).

§. XI.

Huc commode annecti potest effectus de erectione scholarum, Aufrichtung gemeiner Dorf-Schulen/ & quamvis hæc potissimum in Jus Ecclesiasticum sive Jus Patronatus incurrere videatur, tamen Domino Vniversitatis, *præcipue in* Franconia per consuetudinem & observantiam *in* quibusdam locis introductam, hæc potest minime denegari. Dominus itaque Communitatis constituit Ludimagistrum, Dorf-Schulmeister/ qui vitæ probitate, famæ integritate, morum & doctrinæ claritate conspicuus, quo juventuti exemplo laudabili præsit, illamque omni diligentia informet, quod ut eo accuratius fiat, Dominus scholas sæpius visitare, insimulque absque præjudicio tamen suæ jurisdictionis assistente Parocho salutem scholarum & discentium promovere debet.

§. XII.

Ulterius huc pertinet constitutio vigilum, Bestellung der Nacht-Wächter/ quæ sumtibus totius communitatis peragitur, quorum officium in eo consistit, ut tempore nocturno per communitatem transeant, proclamentque

a) *Cap. Nobis. 25. X. de Jure Patron. & can. filiis. cauſ. 16. quæſt. 6*
b) *Jure Paroch. ſect. 6. c. 111. per totum.*

alta voce, quæ hora fuerit audita, ſedulo etiam obſervent, ſi forte fortuna incendium exoriatur, vel fures nocturni damnum inferre in communitate velint, idcirco etiam ſtatim vel per vocem, vel per cornu, quod in quibusdam locis geſtare ſolent, vel etiam per campanæ ſonum ſignum edere debent. Laudabiliter inſuper in aliis communitatibus proſpectum eſt, ut ejusmodi vigiles loricati & harpagine vel haſta circumeant, quo caſu neceſſitatis incendio ſcilicet exorto domus flammis jam correptas eo facilius diruant, ne alias vicinas domus ignis afficiat, damnumque augeat. vid. ERTEL. a)

§. XIII.

Hactenus de decurionibus, quibus adminiſtratio Juſtitiæ incumbit, & officialibus honoratioribus actum eſt: nunc vero etiam de illis, qui ad executionem adhibentur, & in adminiſtranda Juſtitia miniſterium præſtant, citant, deferunt, ſententias & juſſa exequuntur, pignorant, reos incarcerant, mulctas expetunt &c. & huc pertinet effectus conſtitutionis lictorum, apparitorum &c. Der Gemeind Frohn-Botten / Gerichts-Diener / Amts-Knecht / Schergen / Büttel. Qui ita vocati ſunt a lino vel licio von Lein oder Flachs / quia olim Magiſtratum præeuntes hoc circumdati erant, vid. ERTEL b) Hi apparitores debent eſſe jurati dominoque ad fidelitatem ex officio ſui exactam obſervantiam adſtricti, diligentes, fideles alienique non cupidi, quapropter ad ſuſtentationem frumentum, ad neceſſitatem lignum, gratuitam habitationem, & aliquid pecuniæ accipiunt, & permittitur etiam ipſis a reis quos in vincula conjecerunt determinatam ſummam pecuniæ pro miniſterio, quod dicitur das Eiſen-Schlieſſen / Stock-Geigen-Geld / ab his etiam qui mulctam ſolvere debent, portionem, proportio-

a) *Prax. Aur. C. 13. obſerv. 10.* b) *Prax. Aur. Cap. XIII. §. 8.*

portione ad mulctam ſervata, der dritte/der zehende Pfenning per obſervantiam locorum, Nachwandel/Nachrecht/ prætendere. vid. BESOLDUS a). Si officium demandatum lictores rite & debita obſervantia, (ſolet enim hoc genus hominum interdum nimis crudum, moleſtum & imperioſum ſe gerere) exequuntur, nemo ipſis reſiſtat, vel in domum non admittat, vel omnino expellat, aut injuriis afficiat, alias reſiſtentes & contravenientes pœna promerita coërcentur. vid. BALTHAS. b) & ſi afferant ſe voluiſſe exequi, ſed impeditos eſſe, tunc Dominus ſi in cauſis minoribus, ipſis tanquam juratis plenam fidem adhibere poteſt. vid. GAIL. c) ſi vero maximi momenti & præjudicii res eſſet, tunc non ita indiſtincte illis credendum eſſe dicit BERLICH. d) Quamvis enim ob officium eorum vile & ſordidi generis levis notæ macula *laborent*, minime tamen exinde pro famoſis ſunt reputandi, CARPZ. e) Würtenbergiſch Land-Recht f) RICHTER g) Nec etiam eorum filii & ducentes lictoris viduam minus recte a collegio opificum excluduntur. CARPZ. h) ubi præjudicium Scabinorum Lipſienſium adducit, niſi expreſſa conſtitutione excluſi ſint. e. g. Blut-Schergen / Galgen-Knechte. ERTEL i) Ad ſubofficiales etiam referuntur, die Fluhrer oder Feld-Schützen/qui ideo conſtituuntur, ut proſpiciant die noctuve ne in hortorum agrorumve fructibus furta committantur, ſed hujus criminis reos pignoribus captis communitati denuncient, ut pro damno dato pœnæ promeritæ ſubjiciantur.

§. XIV.

In anterioribus dictum fuit, Decuriones & Officiales,

a) *Theſaur. Pract. b. v.* b) *pract. reſolut. L.* II. *n.* 2. & 4. c) *lib. I. obſ.* 54. *n.* 4. d) *concluſ. pract.* 66. *part.* 5. *n.* 18. BALTHAS. *cit. loc. n.* 9. e) *P. I. deciſ.* 18. *n.* 10. & *P. II. deciſ.* 112. *n.* 6. f) *P. I. f.* 53. g) *P.* 2. *dec.* 80. *n.* 19. h) *deciſ.* 18. *n.* 5. i) *cit. loco.*

die Dorfs-Schultheißen und Burgermeister/obstrictos esse Domino Universitatis juramentum præstare, & per hoc ad fidem & obedientiam sese obligare. Nunc quæritur: num illi, qui sunt ex Communitate, debeant etiam Domino homagium, voce in latissima significatione sumta, præstare? Cum itaque hic non intelligo per homagium illud juramentum, quo subditi Domino territoriali in signum suæ Superioritatis, die Lands-oder Erbhuldigung / RITTER a) MYLER ab EHRENB. b) vel Domino directo, die Lehens-Pflicht/ VULTEJ. c) obstringuntur, respondeo affirmando, si observantia id secum ferat, ita tamen ut tantum ad res Universitatis limitetur; ulterius enim Domino Communitatis progredi minime licet, quia alias aliorum Jurisdictionem turbaret. Promittunt autem Communitatis consortes, vel juramento vel tantum stipulata manu, prout observantia requirit, se fideles, obedientes, promtosque mandata exequendi gerere, rerumque communium emolumentum pro viribus promovere, damnum vero imminens quantum possibile, repellere velle. Dominus vero Communitatis e contrario jura, privilegia, & quæ observantia introducta omni modo conservare, omniaque quæ ad Communitatis consortium commoda spectant, procurare debet.

§. XV.

Cum negocia & commercia, quibus genus humanum toto die utitur, multa fraude & dolo scateant, qui etiam maxime, in falsis ulnis, depravatisque mensuris & ponderibus conspicitur, Magistratus salutem subditorum promoturus, omnimodo eo allaborare debet, ut tollendo hanc corruptelam, omnis iniquitas & inæqualitas evitetur.

a) *De homagio cap.* 1. *n.* 21. b) *de statu Imperii P. II. c.* 38. *n.* 2.
c) *lib.* 1. *de feudis. cap.* 9. *n.* 4.

tetur. Olim jam Imperatores Romani a) hoc curarunt, & Carolus Magnus, ut in toto Imperio æqualis menſura & pondus ſit, omnes nervos intendit, demonſtrante AVENTINO b) & LIMNAEO c) id etiam Carolus V. proponebat, ſed ſine effectu. d) Quapropter hodie omnes Status Imperii ex Jure ſuperioritatis territorialis poteſtatem de pondere & menſura ſtatuendi ſibi vindicant & exercent, a quibus magiſtratus inferior formam & pondus deſumere, obſtringitur. vid. KNICHEN e) BESOLDUS f) LIMNAEUS g) REINKING h) ſed cum ſemel jam conſtitutum ſit, certum pondus a Domino territorii, tunc Dominus, vi jurisdictionis ſuæ, & ex ratione, ut ſua cuique conſervetur jurisdictio, ne fiat confuſio, aut juſtitiæ ordo turbetur in communitate curam, inſpectionem & viſitationem ulnarum menſurarumque, *ad quas* eſculenta, potulenta & alia ad victum & amictum neceſſaria vendi ſolent, ſingulis annis una vice vel ſi neceſſarium fuerit, vel maxime in encœniis, exercet, & per decuriones, laniones, qui carnes vendunt ac afferunt, viſitat, Fleiſch-Beſchau/ ſingularique induſtria vigilare præcipit, ne forſan carnes infectorum, nocivorum aut plane demortuorum animalium, in magnum totius communitatis detrimentum venum exponantur, aut juſto carius vendant, ut communitatarii exinde lædantur. Geuſſet an der Wirth Maas / beſiehet der Müller uud Becken Metzen / zeucht auf der Metzger und Becken auch der Leinweber Gewicht/ beſiehet auch der Krämer / der Schneider/ der Räderin Elen / in quibus etiam concurrit Dominus

a) *L.* 9. *C. de ſuſcept.* b) *Hiſtor. Bavar. l.* 4 *fol.* 287. c) *L.* 4. *c.* 8. *n.* 258. d) *Reformatio* guter Policey *de An.* 1530. *tit.* von Elen/Maas. e) *de Jur. terr. t. c.* 4. *n.* 282. f) *de Jur. Majeſt. c.* 8. *n.* 9. g) *L.* 4. *J Publ. c.* 8. *n.* 252. h) *de Reg. Sec. & Eccleſ. l.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 4. *n.* 113.

Vogtejæ præcipue quando actus se exerit extra communitatem in domibus alienæ jurisdictioni subjectis, vid. IMHOF a) Et si falsificatores corruptis ulnis stateraque adulterina utentes, deprehenduntur, illos pro qualitate delicti, pœna civili aut pecuniaria coërcet, nisi crimen & dolus adeo atrox & enormis fuerit, ut criminalem jurisdictionem incurrat, tunc enim Domini Centenæ potestas fundata est, vid. ERTEL. b) PHILOPARCH. c) id quod etiam Caroli V. constitutione criminali art. 113. innuitur his verbis: Welcher böslich und gefährlicher Weis/ Maaß/ Waag/ Gewicht/ Specerey oder andere Kauffmannschafft fälschet und die für gerecht gebraucht und ausgiebt/ der solle zu peinlicher Straf angenommen/ ihm das Land verbotten/ oder an seinem Leib als mit Ruthen ausgehauen/ oder dergleichen nach Gelegenheit und Gestalt der Uberfahrung gestrafft werden/ und es mögt solches falsch als offt gröblich und boßhafftig geschehen/ daß der Thäter zum Tod gestrafft werden soll. Legibus vero civilibus falsificatores ulnarum in duplum ejus, quod dolo malo fraudem fecerunt, condemnantur & relegantur, d) & Jure Canonico falsarii per triginta dies carenam subire coguntur. e)

§. XVI.

Vt Dominis territorialibus vi superioritatis territoria & provincias per lapides finales determinare, competit, KNIPSCHILD f) ita etiam Domini Communitatis si inter

---

a) Send-Schreiben *n.* 1. *p.* 31. confer. WEHNER *voc. Vogtey.* BESOL. D. *Cons.* 211. *n.* 10 COTHMANN. *Cons.* 47. *n* 69. *vol.* 3. KLOCK. *de Æra r. l.* 2. *C.* 36. & *Vol.* 1. *Con.* 11. *n.* 46. MICHAEL. *de Jurisd. Th.* 103. STEPHAN. *de Jurisd. l.* 1. *c.* 12. *n.* 22. b) *Prax. Aur. c.* 4. *Observ.* 2. c) Kluger Beamter *P. I. tit.* 40. §. 10. d) *l. pen.* §. 1. *ad Leg. Cornel. de fals. l.* 6. §. 2. *ff. de extraord. Crimin.* e) *cap.* 2. *X. de Emt. Vend.* f) *de Nobilitate l.* 3. *c.* 2. *n.* 248.

ter Conſortes Vniverſitatis ratione agrorum, pratorum, fundorum, ſilvarum, viarum, &c. &c. ad Communitatem pertinentium lis exorta ſit, terminationem ex jurisdictione ſibi competente jure meritoque ſibi vindicant, & quid ad unumquemque pertineat, cognoſcunt. Varii autem ſunt generis ejusmodi terminationes, vel ſunt naturales vel artificiales, illæ ſunt quæ a Deo & natura ipſa ad diſtinguendos fines ſunt poſitæ quæque loco efficaciſſimarum probationum limitum valent, ut ſunt montes, valles, colles, viæ regiæ, fontes, petræ, flumina, ſilvæ, arbores, maria &c. &c. OETTING. a) MASCARDUS b) GRYPHIAND. c) MYLER ab EHRENBACH. d) quibus ſæpius imperia & regna diſcernuntur. Limites vero artificiales, qui auxilio & manu hominum conditi ſunt, v. gr. ſtatuæ, foſſæ, cruces, lapides, pali, columnae, caſtra & arbores cruce ſignatæ inque medio foramen habentes, Gräntzbäume mit Lauben / oder Löchern bezeichnet. BESOLD. e) OETTING. f) qui prout experientia teſtatur, vel diuturnitate temporis, vel per inundationem, pluviarum injuriam, arationem, terræ motum tolluntur aut abripiuntur, imo etiam per malitiam hominum obfuſcantur, plane amoventur. arg. g) BALD. h) ita ut exinde frequentiſſimæ lites, jurgia & controverſiæ acerrimæ, quin & rixæ ac tumultus exoriantur, prout exempla demonſtrant. Varias etiam denominationes termini & lapides finales, pro varietate rerum, quas deſignant, habent, & effectus acceperunt; alii enim ſunt fines territoriales; Obrigkeit-Stein / Land-Stein / Land-Gränz / Lant-Marcken /

a) *de jure limit. l.* 1. *c.* 2. *lit. I.* b) *de probat. concluſ.* 393. *n.* 9. c) *de Inſulis c.*24. *n.*91. d) *in Metrolog. c.* 14. §. 7. *n.* 1. & 2. e) *Theſaur. Practic. voce* Marck-Stein. f) *c. l. l.* 1. *c.* 18. *n.* 13. g) *L. fin. ff. finium regund. l.* 1. & 2. *C. de fund. limitropl. can. longinquitatem. cauſ.* 12. *quæſt.*2. *cap. ex litteris. X. de probat.* h) *Conſ.*286. *Vol.* 2.

cken / insigni Domini territorialis muniti, quibus territoria a se invicem distincta sunt. Alii sunt fines juris conducendi, Geleit-Stein / Geleits-Gräntzen / ut pateat quousque quis jus conducendi exercere possit. Sæpe enim alius in alterius territorio illo jure gaudet, vel ex contractu, vel ex transactione, vel ex præscriptione, vel ex observantia, OETTING. a) DONAVER b) licet nullam jurisdictionem ibidem habeat. Alii sunt fines jurisdictionales, Gerichts-Gräntzen / quibus jurisdictio vulgaris distinguitur, SCHILTER c) Plures species limitum vid. apud OETTING. d) MYLER e) qui duodecim species lapidum finalium recensent.

§. XVII.

Requisita quæ adhibentur si positio & renovatio lapidum finalium rite & legitime facta esse censeri debet, hujus sunt tenoris. Primo quivis Dominus *Jurisdictionis* idoneos agrimensores adhibere debet. *OETTING.* f) Secundo omnes illi, quorum interest, facta *prius* citatione, comparere debent, ne visitatio vitio nullitatis laboret g) si vero pars altera per contumaciam absit, nihilo secius præsente parte comparente in visitatione proceditur. h) HIERONYM. de MONTE i) & quidem sumptibus utriusque partis k) MYLER ab EHRENBACH. l) OETTING. m) Tertio lapides finales certo aliquo signo v. gr. Cruce, litteris, incisura, insigni notantur, quo veri a falsis possunt discerni. RULAND. n) Quarto moris etiam est, ut lapidibus finalibus alia signa, quæ vocantur Marck-Zeichen /

a) *c. l. c. 9. n. 24.* b) *in Dissert. de Jurisdict. in alien. territ. cap. 6. §. 4.* c) *Exercit. ad ff. tit. fin. regund. Thes. 15.* d) *c. l. L. 1. c. 2. n. 9.* e) *c. l. c. 14. §. 8.* f) *c. l. lib. 1. c. 16. n. 4.* g) *l. 3. Cod. fin. reg. l. 8. ff. eod. tit. l. 4. p. ff. de Censibus.* h) *l. 3. C. fin. regund.* i) *c. 31. n. 4.* k) *l. 4. §. 1. in f. ff. fin. regund.* l) *in dict. tract. c. 10. §. 17.* m) *c. l. L. 1. c. 17. n. 46.* n) *de Commissariis P. 2. l. 6. c. 3.*

Zeichen/ Stein/ Eyer/ v. gr. lapilli varii coloris & formæ, cineres & carbones, vitra, calx, tegulæ &c. ſubjiciantur, ut ſi poſt longum tempus in dubium vocetur per iſtos teſtes probetur, non caſu eo perveniſſe lapidem, ſed pro limite conſtitutum eſſe. vid. OETTING. a) SPEIDEL. b) AUGUSTINUS. c) MENOCHIUS d). In terris Noricis laudabilis obſervatur Conſtitutio, ut poſiti in communitate lapides finales quotannis viſitentur, quæ viſitatio per ſingulos annos tempore ſc. Paſchatos fieri ſolet, inque meliorem probationem, ſemper lapidi finali clavus trabalis adjungitur, qui vero hoc omittit pro quovis lapide, cui non adjunctus eſt clavus trabalis pœnam determinatam ſolvere tenetur. Domini directi, die Eigen-Herren/ inſigne gentilitium clavo trabali in lapidem finalem adidendo inuri curant, ut majorem rationem & autoritatem habeat. Quinto neceſſarium eſt, ut ad æternam memoriam & firmam probationem eorum, quæ ſunt pertractata, totus actus annotetur, & inſtrumentum conficiatur, in quo locus & lapides poſiti, eorumdemque ichnographia & confines accurate deſcribuntur, cunctaque peraguntur, quæ in hujusmodi caſu in Gräntz und Marck bereiten neceſſaria aut utilia ſunt, quo ſi forte fortuna controverſia oriatur, vel tractu temporis vel inundatione aquarum vel alio modo fines turbentur, lis exinde facilius poſſit dirimi & unicuique portio adjudicari. e) & hæc omnia ſpecialiter in conſervandis rebus Univerſitatis vel Communitatis obſervantur. vid. f) OETTING. g) ZASIUS h) CUJAC. i)

a) *c. l. lib.* 1. *c.* 16. b) *in obſerv. pract. voce* Marck-Stein. c) *de Civitate Dei l.* 21. *c.* 4. d) *Conſil.* 21. *n.* 30. e) *c. cum olim. X. de Cenſibus.* f) *l.* 11. *ff. Fin. reg. & l.* 2. *C. eod.* g) *c. l. l.* 1. *c.* 19. *n.* 1. & 9. h) *Conſ.* 16. *n.* 3. i) *l.* 10. *obſerv.* 2.

§. XVIII.

Cum in præcedentibus dictum fuerit, quod positioni lapidum finalium agrimensores, Feldmesser/ Schieder/ Marckungs-Untergänger oder Umgänger/ Schätzmänner/ de qua denominatione vid. WEHNER. a) interesse debeant, idcirco hic pauca de his annotabo. Competit vero Domino Communitatis tanquam effectus suæ jurisdictionis jus ejusmodi agrimensores constituendi, illosque sua autoritate confirmandi, qui in dimetientis & discernendis agris, pratis, hortis, silvis &c. judicant; haud enim facile Dominus Jurisdictionis ab agrimensoris arbitrio recedere potest, quia ipsis tanquam in arte peritis credendum, b) illorumque relationes plenam fidem merentur. PRUCKMANN. c) Sint autem ejusmodi agrimensores integræ famæ & vitæ prudentes artem quoque quam profitentur, calleant. d) HIERON. a MONTE e) Quapropter etiam si ad officium vocantur *prius examinandi*, & ut quivis alius ingressu muneris *sui juramento* obstringitur, quo omnis fraus & suspicio evitetur, f) ita etiam agrimensores id præstare debent, quod scilicet demandato munere fideliter fungi velint. g) TIRAQUELLUS h) HIERON. a MONTE i) MASCARD. k) MOLLER. l) Non vero opus esse arbitror, ut quovis actu, quem peragunt, iterum de novo sacramentum præstare teneantur, dum fides illorum per semel præstitum juramentum satis probata esse videtur. COLER. m) MYNSING. n) Interest etiam hic quæstionem annectere, an agri-

a) *Observ. pract. h. v.* b) *l. 3. C. fin. regund.* arg. *l.* 17. *C. de Judiciis.* c) *cons.* 11. *n.* 87. *vol.* 1. d) *l.* 8. §. 1. *ff. fin. regund.* e) *de finibus regendis. c.* 26. *n.* 9. f) *Novell.* 8. *in fin.* g) *l.* 6. §. 1. *versu mobilium vero C. de secund. nupt.* h) *de præscript.* 1. i) *c. l. c.* 32. *n.* 1. k) *de probat. concl.* 635. *n.* 1. l) *semestr. l.* 1. *c.* 10. m) *de processu executivo P. III. c.* 9. *n.* 136. n) *Observ.* 34. *n.* 14.

agrimensores partibus damnum quod ex illorum imprudentia vel falsa dimensione datum est, debeant resarcire, respondetur affirmando, si nempe fuerint agrimensores publica autoritate confirmati; quia officium, quod vires excedit, non debuissent affectare, & quia omnem diligentiam, dum ad officium electi fuerint, promiserint. a)

§. XIX.

Non solum vero Domino communitatis competit ratione rerum communitatis positio lapidum finalium, sed etiam illum, qui ex communitate in hujus pertinentiis contra æquitatem & proprio ausu terminum vel lapidem avellit, amovet vel turbat, es sey mit reiten / überackern / fahren / übermehen / überzäunen / prout dispositum legitur, b) omni jure pro circumstantiis pœnæ arbitrariæ subjicere, & in expensas, quæ in novam positionem lapidum erogantur, condemnare potest. Quod si vero *crimen* termini moti commissum, nimis enorme & reiteratum fuerit, judex centenarius secundum præscriptum articuli c) tenorem vel capitaliter, vel incarceratione, relegatione, vel fustigatione deliquentem punire valet; id quod præjudiciis confirmat CARPZ. d) Hoc crimen termini moti etiam sacris litteris e) fuit damnatum, adeo ut maledictus ille qui terminos proximi sui transfert. De Jure Civili non modo pecuniaria pœna obtinuit, f) sed etiam pro conditione admittentium vel relegatio vel verbera imposita fuere.

§. XX.

Cum subditi suas actiones non semper secundum le-

a) *L.* 132. & 155. *de R. J. l.* 8. §. 1. *ff. ad Leg. Aquil. l.* 5. *ff. si mensor. falsum mod. dixerit.* b) in der Mögeldorfischen Gemeind-Ordnung. c) 114. *Ord. Criminal.* d) *Prax. Crim.* P. 2. *Quæst.* 83. *n.* 69. & P. 4. *Constit.* 37. *def.* 10. *n.* 7. e) *Deuter.* 27. *v.* 17. f) *L.* 3. *ff. de term. moto.*

ges & conſtitutiones præſcriptas conforment, ſed multoties ſtatuta transgrediantur, & tranquillitatem communem turbent, adeo ut incarceratione vel alia pœna digni cenſeantur, hinc quæſtio hic movetur, num Dominus communitatis poſſit civilem conſtituere carcerem? Ob der Gemeind-Herr ein Narren-Haus oder Korb/da man die Frevler (ſub hoc vocabulo intelligo tantum eos qui delictum minus perpetrarunt, adeoque tamen illis ſolum pœna civilis aut pecuniaria irrogatur) in das Waſſer fallen läßt/ aufrichten könne/ ut illos coërceat, qui v. gr. mit hüten/ übertreiben/ weiden/ Obſt ſtehlen/ graſen/ fiſchen/ mit ſchänden und ſchmähen/ geringen Schlägen ꝛc. ꝛc. ſich vergangen a) & reſponderi poteſt diſtinguendo, ſi enim quis in rebus vel locis communitatis, auf der Gaſſen/ im Dorf/ auf der Gemeinde/ auf dem Gemein-Haus/ Tantz-Platz/ Tantz-Haus talia commiſerit, tunc Dominus communitatis omni jure delinquentem incarcerat. *vid.* IMHOF b) ſecus vero ſi extra communitatem *in* domo vel loco aliorum jurisdictioni ſubjecto quis peccaverit, tunc enim Domino jurisdictionis competit pœnam infligere. Caveat ſibi vero Dominus communitatis ne 1) pœna ſit exceſſiva & ſic delicto minime proportionata, conſideret enim circumſtantias tum loci, tum temporis, tum perſonæ, &c. quippe juſtitiam adminiſtrare & delicta debita ratione punire debet. 2) ne ejusmodi carcer incarcerati corpus vel ſanitatem damno afficiat. WESENBEC. c) KOEPEN d) alias enim incarcerati ad Dominum territorialem appellando cauſam prorogare, & ut carcer viſitetur, rogare poſſunt, RULAND e) Inſuper etiam competit

a) vid. Mögeldorfiſche und Großreuthiſche Gem. Ordn. *n.* 12. & *n.* 14. ubi ſub pœna prohibitum, ne quis poſt diem S. Georgii gramen falce reſecet. b) Send-Schreiben *N.* 1. *p.* 32. c) *Conſil.* 96. *n.* 16. d) *Deciſ.* 29. *n.* 21. e) *de Commiſſar. p.* 2. *l.* 4. *c.* 1.

tit Domino Vniverſitatis, tanquam effectus ſuæ jurisdictionis, ut refractarii coërceantur, jus mulctam dictandi de variis negociis in univerſitate occurrentibus, v. gr. ſi quis per majora officialis zum Dorf-Hauptmann oder Bierer fuerit electus, & officium in ſe ſuſcipere recuſaverit, pœnam pecuniariam ſolvere tenetur, qui absque cauſis prægnantibus ſi communitas convocetur, plane non compareat, vel mandatarium non mittat, ſecundum mores in vicinia ſexaginta nummos 60. Pfennige vel tantum ſerius quam deſtinato tempore viginti quinque nummos præſtare obligatus eſt, item ſemi-florenus ſolvendus eſt ab eo qui armis vel clam vel palam in conventu communitatis utitur, vel portionem paſtori debitam non præſtiterit, vel ſi pecora labe aut alio vitio laborantia in agrum compaſcuum egerit, item ſi quis colonum absque præſcitu officialium & communitatis in domum receperit, plures caſus quibus pœna pecuniaria impoſita eſt, vid. in der Mögeldorf-und Großreuthiſchen Gemein-Ordnung per totum; quod ſi vero ſubditi adeo refractarii inveniantur, ut pœna pecuniaria neglecta nihilominus non obtemperaverint, alia remedia ſunt adhibenda, inter quæ eminet, ſi quis penitus ex communitate excludatur, cujus ſignum eſt, ſi palus ante fores domus terræ injicitur, quo ipſo aqua & paſcua prohibita, nec licet immorigero per totum tempus in compaſcuos agros equos & pecora agere, nec etiam ex puteo communi aquam haurire, aut aliis rebus communitatis uti, Er verbeut Straſſen / Gaſſen / gemeine Weyher / Wieſen / Waid / verſchlägt oder verpflockt ihnen das Haus / kommen ſie heraus / ſo pfändt er ihr Vieh auf den Gaſſen / vid. IMHOF a) MANZIUS b) WEHNER c) Præter hos pœnarum mo-

 dos

a) Send-Schreiben *N.* 1. *p.* 32. b) *Quæſt. Palat.* 19. *n.* 22. ubi præjudicium allegat *qu.* 26. *n.* 31. c) *Obſerv. pract. voc.* Waidgang.

dos per obſervantiam, diuque receptam conſuetudinem etiam introductum eſt, jus pignorandi, COLERUS a) MEVIUS b) regulariter quidem pignorationes tanquam odioſæ ſunt prohibitæ, quia nemo ſibi jus dicere, aut proceſſum ab executione inchoare, ſed ſi quas putet habere petitiones actionibus experiri debet. vid. c) Receſſ. Imperii d) SCHURFIUS e) WESENB. f) GAILIUS g) Si itaque delinquens in ipſo actu communitatis bonis damnum inferenti deprehenditur, pignoratio ſuſcipi poteſt, v. gr. ſi pecora aliorum communitatis agros ingreſſa, in frumento damnum dederint, vel ſi quis viam publicam den Gemein = Weg, deſerendo, currus jumentorumque vectione agros prataque deterioraverit, vel arbores depravaverit, vel penitus deciderit, vel ſi quis hortos fructuum furandi animo tranſcenderit, vel ſi communi conſenſu noxæ collectæ ſunt determinatæ & portionem debitam quis ſolvere detrectaverit. *Effectus* vero pignorationum eo tendit, ut *primo* damnum datum reſarciatur, tamdiu enim id, quod pignoris loco fuit captum, v. gr. pecora aliæque res retineri poſſunt. MEVIUS h) Secundo ut pœna ſtatuta in delinquentem exequatur. 3) Ut evitetur præjudicium, & ſervitus, quæ poſſit per patientiam & taciturnitatem conſtitui, ſi v. g. aliena pecora paſcuis communibus utuntur, interrumpatur.

§. XXI.

Quamvis regulariter viſitatio domuum ſit prohibi-

ta

---

a) *de Proceſſ. execut. C. 1. p. 3. n. 66.* b) *P. 4. Deciſ. 239. n. 8. & P. 1. deciſ. 34. n. 5.* CARPZ. *P. II. Conſt. 27. def. 3. deciſ. 4. n. 7. 8.* c) *L. 13. ff. quod met. cauſ. cap. 1. de injuriis in 6to.* d) *de An. 1570.* §. Wann auch die Arreſte. e) *Conſ. 18. n. 15.* f) *Conſ. 7. vol. 1. n. 4.* g) *de pignorat. l. 1. obſerv. 8. n. 4. & obſerv. 1. n. 18.* h) *P. I. deciſ. 34.*

ta ex ea ratione, quia tum ſub hoc prætextu domus noſtræ, quæ firmum & ſecurum debeant eſſe receptaculum, cuivis arbitrio & curioſitati relinquantur, tum quia admodum durum & periculoſum ſit, invito patrefamilias ſecreta domus perſcrutari, a) & ſic vel rei familiaris vilitatem detegere, vel divitias invidiæ & periculis ſubjicere, tum quia hominis probi & honeſti exiſtimationi aliquatenus officiat, dum minime carere videtur ſuſpicione in cujus domo inquiſitio peragitur, b) MEVIUS c) HARPRECHT d) idcirco etiam legibus civilibus conſtitutum, ut contra ejusmodi viſitatorem actione injuriarum uti liceat, e) & temporibus Juſtiniani conſueta viſitatio per lancem & licium fuit abrogata f) GOTHOFREDUS g) GELLIUS h) Attamen ut aliis dominis Jurisdictionum, ita etiam in Communitate Domino Communitatis poteſtas relicta, ut vel ipſe, vel per officiales & alios ex univerſitate ſubditorum domos ſuſpectas viſitare poſſit, ſi v. gr. aliquid in univerſitate ſit ſurreptum, ablatum vel in domo meretrices, mendicantes, Cyngari, Ziegeuner / vagabundi, vel aliæ perſonæ ſuſpectæ, Landſtörtzer / unnützes Herren-loſes Geſindlein/abgedanckte Soldaten clam ſeſe detineant. SPEIDEL. i) WEHNER. k) VULTEJUS l) quas omnes & ſingulas vi Jurisdictionis in Univerſitatem ſibi competentis ejicere, illum vero, qui has perſonas in hoſpitium recepit, pœnæ ſubjicere poteſt. m) Non vero licet Domino communitatis etiamſi ſit Dominus

a) *L. 2. C. de alim. pupilli præſtand.* b) *l.* 1. & 105. *de Reg. Jur.* c) *ad Jus Lubec. l.* 4. d) *ad Inſtit. de obligat. ex delicto n.* 4. e) *l.* 18. *C. de in Jus vocand. l.* 23. *ff. de Injur. l.* 2. *pr. C. quando quarta.* f) §. 4. *inſtit. de oblig. ex delict.* g) *in fragmentis XII. tabular. tit.* 24. §. 6. h) *Noct. Att. l. XI. c. ult. & lib.* 16. *c.* 10. i) *Specul. Obſerv. pract. voce* Hausſuchen. k) *obſ. pract. h. v.* l) *ad Inſtitut. p.* 571. *n. XI.* m) Mögeldorf. Gem. Ordn. ubi 4. *Libr. Alt* pœnæ loco conſtitutum.

minus centenarius communitatis consortes eo adigere, ut dato signo extra fines Universitatis, malevolos, latrones, incendiarios persequantur. Der Gemeind-Herr welcher zugleich Fraisch-Herr ist / kan die Ingesessene eines Dorfs zu straiffen ausserhalb der Gräntzen der Gemeinde / nicht mit nehmen. Limitatur vero quod tunc obligati sint Communitatis consortes, si simul sint subditi Domini territorialis. Verum Dominus Communitatis haud facile absque suspicione vel legitimis indiciis & præsumtionibus in ædibus alienis præcipue honestarum personarum inquisitionem concedat.

§. XXII.

Inter effectus Jurisdictionis communitatis, quos Dominus licite exercere potest, etiam refertur *jus jaculandi*, die Aufrichtung einer Schieß-Hütten/oder Schützen-Stätt / quo illi, qui ex communitate sunt, *bombardis ad* metam propositam jaculantur, proximique *scopum attingentes* præmium lucrantur, insimulque per hoc laudabile exercitium aptiores reddantur, temporibus belli suorum defensionem eo accuratius suscipere. Cautum vero Dominus se præbeat, ne 1) hoc prætextu lustrationem bellicam exerceat; hoc enim in præjudicium Superioritatis territorialis vergeret. KNICHEN a) Recess. Imper. b) 2) ne importuno tempore, aut nimium frequenter hoc exercitium instituatur, quia tunc Communitatis Consortes, tum agricultura, tum etiam re œconomica impediuntur. 3) ne diebus Dominicis etiamsi finito cultu divino permittatur, totus enim dies a Deo sanctificandi gratia fuit institutus. vid. FRITSCH. c) Huc etiam refertur, jus Sphæristerium instituendi, einen Kegel-Platz aufzurichten/

a) *in Cyclopœdia c.* 11. b) *de Anno* 1574. c) *in tractat. de Jure lustrat. c. 3. n.* 10. *seqq.*

ten/quo illi ex Communitate pro lubitu recreationis causa conis ludere possunt.

§. XXIII.

Competit porro Domino Communitatis tanquam effectus suæ jurisdictionis jus ædificia publica & communia inspiciendi, die Auffsicht über Gemein-Bäder/ Gemein-Schmidten/ Wirthshäuser/ Mühlen/ Kirchhof/ Schul-Häuser/Rath-und Gemein-Häuser:Gemein-Brunnen. vid. IMHOF a) PHILOPARCHUS b) Vocantur hæc bona prædia & domus vulgo Ehehafften/ propter necessitatem, commoditatem & utilitatem, quam toti communitati præstant, & quibus vel omnino non, vel saltem commode universitas carere nequit, & sub hoc vocabulo intelliguntur quatuor res, v. gr. caupona, Tafern sive Wirthschafft/ officina fabrilis, Schmidte/ molendinum, Mühle/ & balneum, Bad-Stube. MARTINVS VRANIUS, c) MAGER. d) caupona, eine Dorf-Tafern/ sunt ædes & domus autoritate publica constitutæ, jusque tabernarum, die Taferns-Gerechtigkeit/ habentes, ut cauponi liceat liquida, v. gr. cerevisiam & vinum, & esculenta vendere, hospitesque recipere, convivia in nuptiis instituta celebrare, omnibusque debito modo & ratione honeste pro precio inservire. Interest etiam Universitati unam vel plures constituere officinas fabriles, Gemein-Schmidten/ quo ad manus sint, qui instrumenta rusticis necessaria tum conficiant, tum etiam, si depravata, reficiant, & si equi morbo laborant, curent, omnibusque pro virili præsto inserviant. Utilissimum & necessarium quoque esse in communitate balneum,

a) Send-Schreiben *n.* 1. *p.* 32. b) Kluger Beamter *P. II. Tit.* 38. §. 13. c) *Vol.* II. *Cons.* 21. *n.* 6. d) *de Advocatia armata c.* 10. *n.* 163.

ein Fail-Bad/ ein Ehehafft-Bad/ omnibus liquet, ut ſordes diluantur, damno affectis conſulatur, & ut ad manus ſint, qui curent. Demum & molendina, die Ehehafft-Mühlen/ utilia maximeque neceſſaria eſſe toto die experiri licet, eo magis, quia pane quotidiano nemo carere poteſt. Cum vero in jure jamjam præſumtio pro molitoribus, cauponibus aliisque militet, quod pro ſuſpectis habeantur, vid. SPEIDEL. & WEHNER. a) COLER. b) neceſſe eſt, ſingularem curam adhibere, ut ædes communes diligenter Dominus inſpiciat, & viſitet, ne ab inhabitatoribus deteriorentur, ſed in ſtatu conſerventur integro, & ſi vitio laborent, reficiantur, ne in diverſoriis menſura genuina cereviſiæ vinique adulteretur, ne in officinis fabrilibus vili labore incolæ decipiantur, nec in balneis nimio precio onerentur, & quo maxime *in* molendinis omnia rite obſerventur, & diſponantur, nec fraus, ut ſæpiſſime accidit, & dolus in *frumentis* exerceatur, communiter viſitatio molendinorum, der Mühl-Beſchau/ ſingulis annis procuratur, *in* qua omnia inſtrumenta, lapides, die Mühlſtein/ Beutel/ Kappen/ Waſſer-Lauf/ Mühlineſſerey/ vid. ERTEL c) reliquaque quæ ad fraudes detegendas inſerviunt, & vitia molitorum indicant, accurate examinantur, & an rite fideliterque diſpoſita viſitantur. Quare etiam huic viſitationi certæ perſonæ juramento obſtrictæ, inſpectoresque vulgo die geſchwohrne Waſſer- oder Mühl-Graven item Mühl-Beſchauer dicti, qui molendinorum optime ſunt gnari & honeſti, vel eorum loco adhibentur: die Dorfs-Bierer/ Obleut. vid. Dn. Com. de NOTH. d) Ut autem fabri & balneatores

eo

a) *Obſerv. Pract. voce* Ehehafften/ Tafern. b) *de proceſſu executivo. P. I. C. 11. n. 220.* c) *Pr. Aur. c. 9. lib. 1. obſ. 4.* d) *in ſemicenturia conſideration. jurid. ſuper Jure Hoffmarchiali Bavarico conſ. 22. n. 13.*

eo accuratiores ſint, & incolis operam, quoties neceſſitas exigit, eo citius præſtent, in plerisque commnnitatibus proviſum eſt, ut proportione prædiorum obſervata, ſalarium v. gr. certam pecuniæ ſummam frumenti menſuram, & lignum accipiant. De puteo communitatis Gemein-Brunnen expreſſe diſpoſitum eſt, ut nemo damnum afferat, ſi vero damnum datum fuerit, non ſolum ut reficiatur, is curare debet, cujus culpa accidit, ſed inſuper etiam pœnam conſtitutam ſolvere tenetur. Commode hic annectitur quæſtio, quæ multas ſane lites & controverſias jam excitavit, an ſc. Domino communitatis qua tali, jus competat communitatis conſortes eo adigere, ut potandi convivandi cauſa ſolum tabernas ſive cauponas communitatis die Dorfs-oder Gemein-Tafern frequentent, ibique omnia convivia & potationes celebrent? & quamvis hoc jus Dominis Communitatis maximum emolumentum afferat, tum ob cereviſiæ conſumtionem, quæ ab ipſis braxatur, tum etiam ob multas, quæ Dominis competunt ex rixis ſæpius in cauponis oriri ſolitis. Verum enim vero quia hoſpitium frequentare ibidemque bibere, & convivia propriis ſumtibus celebrare, ſint actus voluntarii & meræ facultatis, ex quibus nulla obligatio inducitur; idcirco hæc quæſtio ſecundum jus in theſi negative decidenda eſt, & cuique libere permittendum ubi libet & commodum videbitur nuptias, potationes aliaque convivia celebrare, PHILOPARCH. a) ERTEL. b) cum quo concordat Jus Bavaricum c) prout fuſius explicavit Dn. Comes de NOTH. d)

a) in der Mögeldorf. Gem. Ordn. b) Kluger Beamter *P. I. tit.* 31. §. 16. *n.* 3. c) *c. l. obſ.* 6. d) *Ord. Polit. L.* 3. *tit.* 6. *art.* 15. & *tit.* 1. *art.* 9. & *decret. Elect. An.* 1625. *d.* 4. *Novemb. n.* 24. *adeo ut conſuetudine aliud non poſſit introduci.* d) *c. l, conſid.* 20. *n.* 3. *ſeqq.*

Multis tamen in locis hæc libertas naturalis vel ex consuetudine & obſervantia vel ex privilegio aut ſtatuto, vel ex præſcriptione legitima, ſi ſc. ex unius parte facta prohibitio & ex alterius acceſſerit acquieſcentia fuit limitata. Id quod etiam dicendum eſt de molendinis MANZ. a) HERING b) BESOLD. & SPEIDEL. c)

§. XXIV.

Huc etiam pertinet cura ignium & furnorum die Feuer-Beſchau / Domino communitatis competens, qua mediante quotannis ſemel vel bis prout obſervantia eſt, per Decuriones & officiales dem Dorf-Schultheiſſen und Dorf-Meiſter vel alia membra univerſitatis ſpecialiter inſtructa die aliquo & incerto & inopinato, propter neceſſitatem & utilitatem univerſitatis quam Dominus ſemper reſpicere debet, etiam aliorum jurisdictioni ſubditorum, auf fremder Lehn / camini, furni, fornaces, *fumaria*, die Feuer-Stätte / Schlöte / Camine / Back-Hafner-Schmidt-Ofen / und Bad-Stuben exacte viſitantur, ne per negligentiam purgationis Camini des Schlotfegens incendia oriantur, damnum enim exinde datum is reſarcire teneatur, cujus culpa exortum. vid. BALDUS d) SPECKHUN e) MYLER ab EHRENB. f) quapropter etiam ſæpiſſime 1) ad meliorem præcautionem varia inſtrumenta v. gr. Laitern / Hauen / Seul und Waſſer-Geſchirr / ſcalæ, harpagines & reliqua ad ſopienda incendia in certo loco aſſervantur, inſuper etiam 2) ordinationes incendiariæ Feuer-Ordnungen / univerſitatibus præſcribuntur, SPEIDEL g) quibus ſaluberrime proſpectum eſt, ut omnes laterna in horrea vel ſtabula ingrediantur, & ſub pœna prohibitum, ne

a) *dec. 2. qu. 18. n. 3.* b) *de molend. qu. 11. n. 5. ſqq.* c) *voce* Zwang-Mühlen. d) *Conſ. 148. & 174. vol. 11.* e) *de incendio. p. 45.* f) *Hyparcholog. c. 16. §. 14. n. 64.* g) *c. l. voc.* Feuer-Ordnung.

ne quis linum, lignum in hypocaustis torrefaciat, Schleiſſen / Holtz / Flachs / Hanf / in der Stube auf dem Ofen dörren / weder Heu noch Stroh / Aschen / Kohlen / nahe zu den Feuer-Stätten legen / prout laudabiliter ordinatum est. a)

§. XXV.

Multis Dominis Communitatis pro locorum jure, observantia & consuetudine etiam competit Protectio Encœniorum der Kirchwey-Schutz. Ad quam pertinet I.) proclamatio pacis publicæ die Ausruffung des Fried-Geboths / quæ finito cultu divino per ministrum, durch den Gerichts-Diener oder Amtknecht / ante fores diversoriorum oder unter der Linden / oder auf der Gemeinde in locis eo destinatis peragitur. In Franconia ad hunc actum adhibentur etiam tympana & tubæ, item Schaar-Wächter / quo omnes rixæ, tumultus, litesque quæ sæpius hoc tempore oriri solent, prohibentur, sub certæ pœnæ indictione mit Vorsetzung eines gewissen Pön-Falls an Geld / quam Dominus Communitatis etiam exigit; is enim cui jus protectionis in encœniis competit, vicini etiam alterius subditum in communitate delinquentem puniendi, jus habere DD. communiter asserunt; vid. RULAND. b) KNICHEN. c) KLOCK. d) WEHNER. e) sed limita, si sc. delicta sint levia, si vero forte tempore encœniorum delicta graviora committantur, Domini Centenarii jurisdictio fundata erit. II.) Huc etiam refertur jus vinum cerevisiamque mensuratim vendendi, den Bann Wein oder Bier auszuschencken. vid. WEHNER f) MAGER. g) III.) Etiam moris est, ut tabernæ tempore

a) in der Mögeldorf. und Großreut. G. O. *n.* 9. b) *de Commissariis lib.* II. *c.* 16. *n.* 34. c) *de Jur. territor. c.* 4. *n.* 409. d) *de ærario. l.* II. *c.* 100. e) *Pract. Observ. vocab. Vogtej.* f) *hac voc.* g) *de Advocat. armat, c.* 15. *n.* 107. *seqq.*

encœniorum ponantur, Aufstellung allerley Kramereyen/ pro qua concessione solvenda est pecunia, das Stand- oder Laden-Geld. IV.) Etiam recreationis causa permittitur, choreas publicas instituere, arbores erigere, conis ludere, præmia exponere, Mayen-Bäum aufrichten/ offne Täntze zu halten und aufzuführen / Scholler-Platz / Kugel-Plätze zu machen/ Kleinod zum Spiel aufzusetzē/ Spiel-Tisch/ Glückes-Hafen ꝛc. zu halten. De quibus omnibus Dominus Communitatis ratam sibi debitam vindicat. WEHNER. a) KNIPSCHILD. b) Hic tamen notandum est, quod aliud sit Kirchwey-Schutz/ aliud Kirchen-Schutz/ tum illa nempe protectio Encœniorum duntaxat tempore encœniorum exercetur, hæc vero continua est,& competere potest, nullam in Ecclesiam habenti jurisdictionem, v.g. Patrono Ecclesiæ. vid. BESOLD. c) PHILOP. d)

§. XXVI.

Inter effectus qui per observantiam Franconiæ aliarumque regionum Domino Communitatis concessi sunt, refertur etiam jus Intradæ, per quod juste & licite primo ingressu in communitatem si quis hujus ejusque jurium & privilegiorum & protectionis particeps esse desiderat THOMING. e) certam pecuniam in recognitionem solvere tenetur, quod vulgo vocatur das Einzieh-oder Einzug-Geld der Gemeinde / ab hoc jure iterum distinguitur jus detractionis das Abzug-Geld / das Nachsteuer-Recht/ Frey-Geld/ Abschoß / Weglassung / Handlung / Abfahrt / quod vero etiam de jure vel privilegio, observantia & consuetudine diu recepta, vid. SCHEPLIZ f) Dominus Juris-

a) *voce* Tantz & Kirchwey. b) *de Civit. Imper. lib. II. c. 5. n.* 158. c) *Thesaur. pract. verb.* Kirchwey-Schutz. d) Kluger Beamter *P.* 1. *tit.* 27. §. 26. e) *Decis.* 27. *n.* 38. & *seq.* f) *ad Consult. Brandenb. P. III. Tit.* 8. §. 13. 14.

Jurisdictionis ut plurimum in ſeinen eigenen Lehen/ exercet, per quod diſcedentes & emigrantes alioque tranſeuntes de bonis ſuis GAILIUS a) Domino vero Communitatis tantum de bonis communitatis affectis ſecundum pretium tempore emigrationis ſolitum, deducto prius aëre alieno WEHNER b) certam pecuniæ ſummam, quæ pro diverſitate locorum & bonorum etiam diverſa deprehenditur, ita, ut quandoque ſit decima, interdum quarta, interdum tertia pars der zehende/ vierte oder fünffte Pfenning/ WEHNER & BESOLD. c) aut plus aut minus exſolvere debent, idque non tantum ingrati animi ſignificationem & redhoſtimentum præſtiti hactenus auxilii, protectionis, defenſionis & privilegiorum, & immunitatum quibus uſi ſunt, in compenſationem penſionum & præſtationum, quibus, dum bona alio transfert & domicilium in aliena jurisdictione figit, Dominus imposterum carere debet. KLOCK. d) COTHMANN e) Sed etiam ut per hoc remedium pruritus absque urgenti cauſa abeundi refræne tur, & diſceſſus intempeſtivus multorum quo numerus Conſortium & communes reditus minuuntur, cohibeatur. vid. RHETIUS f).

§. XXVII.

Præterea Domino Communitatis adſcribendum eſt jus contributiones in certis tamen caſibus imponendi, die Setzung einer Anlag oder Steuer in gewiſſen Gemeins-Nothwendigkeiten. Removeo itaque illa tributa & Steuras, quas ex legis proviſione annuatim & ordinarie ad Reipublicæ vel Superioris uſus & negotia quilibet debet ſolvere, & dicuntur gemeine Land-Steuern und Anla-

a) *Obſerv.* 36. *n.* 10. b) *c. l. voce* Nach-Steuer. c) *c. l. voce* Nach-Steuer. d) *de Jure Vectigal. concluſ.* 65. e) *Reſponſ.* 19. *n.* 10. f) *Diſſert. de ſarcina emigrantium. c.* 3. *Theſ.* 2.

Anlagen. Illæ enim ſunt ſignum jurisdictionis territorialis KNICHEN. a) BOCERUS, LIMNÆUS aliisque Doctores juris publici, SIXTINUS b) Sed hic ſermo eſt de illa tantum contributione communi, Gemeind-Anlag / quam Dominus tanquam Caput Communitatis a tota Communitate ex cauſa aliqua publica & neceſſaria exigere poteſt; in his præcipue caſibus ſi in pago viæ, fontes & pontes reparari, domus communes refici, paſcua *muniri* & purgari, ſepta ædificari, aliæque res ad Univerſitatem pertinentes reparari debeant. Per quam collectionem minime Domino Jurisdictionali quid decedit, nec etiam bono publico damnum inde emergit. WESENBECCIUS c) GOEDDEUS d) MAVLIUS e) Quæritur vero incidenter quomodo collectæ in genere imponi debeant, an ſecundum æſtimationem & valorem rei, an vero potius reſpectu habito ad fructus & *obventiones?* Placet mihi juri & æquitati conve*nientiſſimam* doctrinam cum KLOCK. f) defendere, *dum* ſtatuo collectas tantum poſſe exigi ſecundum fructus; ſunt enim collectiones onera fructuum & ratione perceptionis expenduntur. g) Receſſ. Imperii h) GARSIAS i) Non itaque ex ligno & lapidibus ædificii ac domus, ſiquidem fundi ac prædia non quoad nomen, ſed potiſſimum quoad qualitatem, & quoad fertilitatem collectationi ſupponuntur, quare nihil iniquius eſſe puto, quam ſi collectæ ſecundum valorem prædii aut domus & non pro fructuum quantitate exigantur. conf. WESENB. k) Inſuper

a) *de ſublim. territ. jure c. 3. n. 369. ſeq.* b) *de Regalibus lib. II. c. 14. n. 21.* c) *Conſil. 45. n. 10.* d) *Conſ. 2. n. 8.* e) *de Homagio c. 9. n. 4. ſeq.* f) *de ærario lib. 2. c. 53. n. 46.* g) *l. 4. ff. de Cenſibus. l. 12. C. de operib. publ. l. 2. C. de annon.* h) *de anno* 1512. §. Und damit die Mäßigung. 1524. §. Item wiewohl. 1526. 1541. 42. 44. i) *de expenſ. & meliorat. Cap. XI. n. 145.* k) *Conſ. 103. n. 15. vol. 3.*

per regulariter nullus ex Communitate ab hac communi contributione ſolvenda ſe excuſare poteſt, ſed par cunctis præbendorum ſumtuum neceſſitas imponitur. a) COSTA b) GARSIAS c) MYNSINGER. d)

§. XXVIII.

Inter fertiliſſimos pretioſosque Jurisdictionis effectus merito referuntur operæ tum ob inſignem utilitatem, tum ob ſummam commoditatem quam Domini exinde percipiunt, quæ pro diverſitate locorum diverſa accipiunt nomina, in Bavaria enim vocantur Scharwerck/ in Auſtria, Robold/ in Suevia & Franconia vero communi nomine Frohn-Dienſte appellantur. Iſtæ operæ autem nihil aliud ſunt, quam diurnum officium e) ſive labores, quos ſubditi intuitu jurisdictionis Dominis ſuis, vel in ipſorum commoditatem, vel prædiorum utilitatem, vel *jumentis*, vel manu, vel determinate, vel indeterminate præſtant. De origine vocis Frohn/ quod ſacrum ſignificat, vid. BESOLD. f) SPEIDEL. g) originem vero operarum cum ERTELIO aliisque quos allegavit, Francis, cum Germaniam peragrarent, adſcribo. Competunt vero hac ratione etiam operæ Domino vi jurisdictionis in communitatem competentis, die Gemeind-Frohn/ purgatio & reparatio viarum vel pontium in communitatis ſitorum, die Verbeſſerung Weg/ Steg und Brücken/ IMHOF. h) Großreuthiſche Gemein-Ordnung i) quæ reparatio communiter ex pœnis pecuniariis, quas communitatis conſortes pro malis perpetratis, ſolvere tenentur, fieri ſolet. vid. Großreuth. Gem. Ordn. k) purgare foſſas,

a) *L.* 12. *& l.* 7. *C. de oper. publ.* b) *de rat. quæſt.* 27. *n.* 8. c) *c. l. c.* 19. *n.* 13. d) *decad.* 15. *reſponſ.* 1. *n.* 1. *ſeqq.* e) *l.* 1. *ff. de operis libert.* f) *Theſaur. pr. h. v.* g) *Specul. Obſ. practic. etiam h. v.* h) *c. l. n.* 1. *p.* 32. i) *n.* 17. k) *n.* 19.

das Graben-und Bäche-fegen/ retare & exſtercorare lacus, das Weyher-raumen und ſaubern / ſepimenta cönficere, verzaunen/ verſchrancken. vid. Mögeldorf. und Großreuth. Gem. Ordn. a) GAILIUS b) KLOCK. c) BALTHASAR. d) ita tamen ne excludam alios titulos, quibus poſſit acquiri, v. gr. per conventionem, conceſſionem, ſtatuta, præſcriptionem, obſervantiam & diurnam conſuetudinem.

§. XXIX.

Dividuntur ejusmodi operæ Communitatis in jugales & manuales, illæ Wagendienſte/ Roß / Fuhr/ Scharwerck / quæ præſtantur cum equis aut jumentis, ab illis, qui fundis, agris, pratisque inſtructi ſunt ; & ad ea excolenda equos vel boves aratorios, Zug-Vieh/ alunt, manuales, Hand-Dienſt/ Hand-und Fuß-Dienſt/ Hand-Scharwerck/ quæ præſtantur ab illis, qui nullos *equos* habent, ſed manibus victum quærentes etiam *manibus* inſervire tenentur. Notandum, quod, qui ad *jugales* operas tenetur, non poſſit cogi ad manuales, vel alias, niſi doceatur aliud obſervantia introductum eſſe, eo ipſo enim, dum Dominus certum genus operarum determinaverit, aliis renunciaſſe præſumendus eſt. Unius enim inclusio eſt alterius excluſio. e) WESENB. f) Num vero Dominus obligetur inſtrumenta & arma ſubminiſtrare, quibus operas exhibere debent, quæſtio eſt, quæ vero negative in genere, & ſpeciatim bey der Gemein-Frohn decidenda eſt, v. gr. qui ad jugales operas adſtricti, propriis inſtrumentis, plauſtro &c. ſervire, qui vero ad manuales, proprio malleo merga operari debent. ein Gemein-Mann muß zur Verrichtung der Gemein-Frohn die Pferd/ Ochſen/

a) *n.* 3. b) *de arreſtis c.* 10. c) *de contribut. c.* 2. *n.* 38. d) *de operis ſubdit. c.* 7. e) *l.* 31. *ff. de operis libert. cap.* 5. *X. de præſumt.* f) *P. I. Conſ.* 45. *n.* 14.

Ochsen/ Wägen / Hauen / Schauffeln selbst anschaffen / vid. ZORER a) Dn. Comes de NOTH. b) etiamsi instrumenta in his laboribus corrumpantur aut deteriorentur, vel frangantur, tamen illorum est damni, nec Dominus vel Communitas illa resarcire. nec etiam jumenta solvere debet, si in operis intereunt, nisi alius aliquo modo in culpa sit. HUSANUS c) SPEIDEL. d) BALTHAS. e) BERLICH. f) nec etiam tenetur Dominus damnum, quod v. g. tempore belli ab hostibus vel in jumentis & equis, vel in instrumentis datum fuerit, reparare, dum hoc inter casus fortuitos est numerandum. vid. ANONYM. g) Dn. Comes de NOTH. h) Neque regulariter Dominus obstrictus est, victum & pabulum necessarium præbere, eo die vel tempore quo communitatarii operantur; quia operæ cum onere & impensis operarii præstandæ sunt, i) nisi tamen conventione vel consuetudine locorum, quæ tacite conventionis vim habet, aliud præscriptum fuerit, & operariorum inopiæ ratio habeatur. ZASIUS k) SPEIDEL. l) quare ad alimentationem, diebus, quibus operantur, illis præbetur frustum panis & casei, quod vocatur die Pflicht. ANONYM. m) vel exsolvitur denarius, ein Groschen. vid. Dn. Comes de NOTH. n)

§. XXX.

Quod si præcipitur a Domino vel a Decurionibus, ut operæ præstentur, nemo resistat huic mandato, sed vel ipse statuto loco & tempore, compareat, vel indultu

 alium

a) *P. II. quæst. 9. n. 722.* b) *in semicent. Consid. Jurid. super Jur. Hofmarchiali Bavar. consid. 29.* c) *de homin. propr. c. 6. n. 95.* d) *c. l. voce* Frohn. e) *de operis subditor. cap. 15.* f) *l. 2. concl. 65. n. 66. sqq.* g) *c. l. c. 9. §. 77. p. 234.* h) *Jus Hofm. c. l.* i) *l. 18. 19. & 20. ff. de operis libert.* k) *singul. respons. c. 3. l. 1. n. 55. seqq.* l) *cit. loc. voce* Frohn. m) *c. l. §. 74.* n) *c. loc.*

alium idoneum ſuis ſumtibus ad labores deſtinatos mittat, niſi tanquam contumax pœnam incurrere velit. vid. Mögeldorf-und Großreuthiſche Gem. Ordn. a) ſingulariter etiam diſpoſitum legitur in der Großreuthiſchen Gemein-Ordnung / quod quilibet ſo über drey Morgen Felds hat / homines depauperatos & miſeros, qui deſtituuntur facultate eundi, ſecundum ordinem in communitate receptum, id quod etiam ubique ferme in pagis & communitatibus obſervatur, pro miſericordia per noctem in hoſpitium recipiat, poſtmodum vero in alium locum conducat. Idem etiam in militibus procedere, toto die experimur, die Kriegs-Fuhren und Vorſpann. Ab aliis itidem inter operas refertur, glandium lectio, das Eichelnſammlen / niſi locatio conductio interceſſerit, de hoc vero in der Mögeldorfiſchen Gem. Ordn. ita ſtatutum, ut ſcilicet nemini liceat glandes in communitate *decerpere*, & avellere, ſed quicquid ſponte decidit, *id quilibet die legere*, & domum portare, in proprios etiam uſus convertere, non vero extra, juſto pretio vendere poteſt.

§. XXXI.

Ad jura Domino Communitatis competentia etiam refertur poteſtas, varios libros ad meliorem, tum Domini, tum communitatis incolarum informationem & notitiam inſervientes, ſibi comparandi, & huc pertinet 1) Vrbaria, tabellæ cenſuales, Cataſtra, Grund-Bücher / in quibus Communitatis conſortium jura, obligationes, cenſus & præſtationes annotantur, Stifft / Gild / Gras-Geld / & his libris, ſi controverſia exorta, omnino eſt credendum; habent 2) præter hos libros alios, v. gr. Schuld-Bücher / ubi debita capitalia & intereſſe annotantur; 3) Straff-Bücher / Straff-Regiſter / in quibus mulctæ, quæ per

a) *n.* 12.

per annum a delinquentibus ſunt perſolutæ, deſcriptæ inveniuntur. 4) Lager-oder Marck-Bücher / ubi limites & termini prædiorum, ſilvarum, paſcuorum, pratorum, agrorum, hortorum, cum omnibus circumſtantiis accurate determinantur.

§. XXXII.

Quamvis jus braxandi de jure communi ſolis competat civitatibus, cum inter optimos & pinguiores civium reditus numeretur, eorundemque maxime alimentationem reſpiciat, weil es blos eine Bürgerliche Nahrung. BERLICH. a) TREVTLER. b) TABOR. c) Exinde tamen non concludendum, ac ſi hoc jure Dominus communitatis deſtituatur, licet enim illi domus braxatorias Brau-Stätte / Bräu-Häuſer/Schenck-Stätte/ wo es hergebracht / in Univerſitate exigere, ac cereviſiam coquere, etiam coctam cereviſiam poſtea Communitatis conſortibus vendere, diſtrahere, cauponibus ſuis diſtribuere, & quovis modo utilitatem exinde quærere, ſi id jus vel obſervantia, vel præſcriptione, vel privilegio ſibi acquiſivit.

§. XXXIII.

Ad Dominum Communitatis etiam ſpectat, vi ſuæ jurisdictionis ad communem utilitatem & neceſſitatem varios, illos vero ſingulos tantum opifices, v. gr. ſartores, ſutores, fabros lignarios, murarios, piſtores, laniones, textores, ſcriniarios, &c. in ſuam Vniverſitatem & diſtrictum recipere, prout in Franconia multis in locis moris eſt, & ne nimio pretio nemini injuriam faciant, ſed potius illorum labor communitati utilis ſit, inſpectionem in illos habere, non vero competit Domino communitatis, qua tali, jus opificia integra erigere, articulosque formare, Handwercks-Zünffte aufrichten/ Handwercks-Lehr-

a) *deciſ.* 31. b) *Conſil.* 117. c) *de jure cereviſiæ cap.* 2. §. 5.

Brief und Articuln ertheilen. Cum hoc Jus ad Jus territoriale pertinere certum sit, prout legitur in Recess. Imperii a) MINGIUS b) HAHN. ad WESENB. c) LIMNÆUS d) SPRENGER. e)

§. XXXIV.

Ultimus isque præcipuus Jurisdictionis Communitatis effectus, ex quo generalissima fere regula potest formari, est jus pastores cujuscunque speciei sive vaccarum, sive boum, ovium, sive suum, constituendi. Adeo, ut qui hoc jure gaudet, wer das Recht den Hirten-Stab zu verleihen oder mitzutheilen hat / ille etiam pro Domino Communitatis habendus sit. B. Dn. LINCK. f) Dum vero vocabulum Hirten-Stab tam varias diversasque recipit significationes, sumitur enim vel 1) pro jurisdictione, quia Dominus loci est quasi pastor subditorum, MODESTINUS PISTORIUS g); vel sumitur 2) pro potestate, varias constitutiones & probationes in pagis, *silvis* & agris observandas, ut & coërcitionem *delictorum*, in hisce locis perpetratorum. vid. Acta Lindaviensia h); 3) pro jure vias reparandi, ordinationes de pecoribus constituendi, damnum datum ab his puniendi, morbosa pecora pignorandi &c. vid. Cons. Argentor. i) sub hac voce vero strictissime intelligitur jus pastorem constituendi & confirmandi, curaque de ipsius salario. Eliguntur vero pastores communitatis, die Gemeind-Hirten / vel a Domino, vel a Decurionibus, von den verordneten Vierern / communitatis justo & legitimo tempore: ut pecora communia in agros, prata, silvas communes, aliaque loca ad pascendum

a) *de Anno* 1548. *tit.* von den Handwerckern. 36. 37. §. *pen.* b) *de superiorit. territ.* §. 73. c) *tit. de legibus. n.* 3. d) *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 307. e) *in jurisprudentia publica. p.* 204. f) *Dissert. de Vogtej. cap.* 4. §. 10. g) *Cons.* 61. *vol.* 1. & *Cons.* 16. *vol.* 11. *n.* 3. h) *fol.* 806. i) *vol.* 1. *cons.* 2. *fol.* 69. & *seqq.*

scendum expellant & custodiant, daß sie auf den Gemein-Feldern/ Wiesen und Höltzern das gemeine Vieh treiben und hüten/ si enim propter ejus culpam aut imperitiam & negligentiam commissam, damnum pecoribus accidit, non est dubium, quin id communitati resarcire teneatur, non vero Dominus pecoris, constat enim quemlibet ad id teneri, multo magis qui diligentiam, singularem, custodiam & curam promisit. a) Si vero nulla culpa ipsi imputari potest, ad nihil etiam obligatur. v. gr. Si canis furiosus gregem ovium ingressus, illorumque quosdam dilacerasset. CARPZ. b) Constituitur Pastori communitatis certa merces, quæ vel in pecunia, vel in quantitate frumenti consistit & vocatur die Hirten-Schütte. FRITSCH. c) quæ merces constituta etiam ipsi ab omnibus pro rata absque ullo defectu debet præstari, & si quis in præstanda sua portione an Entrichtung seines Pfründ-Gelds und was thut an Befriedigung des Hirtens gebührt / contumax deprehendatur, pœnam solvere tenetur, perque illud tempus pecora ejus pascuis uti prohibentur. Plura d), in quibusdam etiam locis moris est, quod pastor Domino in recognitionem aliquid solvere debeat, v. gr. eine Fastnacht-Henne/ quo ille ab omni damno custodiatur.

§. XXXV.

Huc etiam referuntur in genere pascua, quæ sunt illa loca, in quæ pascendi causa pecudes & armenta debito tempore gregatim educuntur, & vocantur das Waiden/ Wun/

a) *l.* 5. *l.* 40. & 41. *ff. loc. cond.* SCHNEIDEW. *ad Princ. Instit. de servitutibus n.* 40. HARPRECHT *ad Princ. Instit. de servit. n.* 92. SPEIDEL. *Obs. pract. voce* Hirt. cum quo consentit Sächsisch Land-Recht *art.* 48. *lib.* 11. b) *Jurispr. forens. P. II. c.* 26. *def.* 16. *l* 4. *ff. loc. conduct.* c) *ad Besoldum h. voce* d) in der Mögeldorf. Gem. Ordn.

Wun/Waidgang/ Waid-und Blumen-Beſuch/Viehtrieb/ Huet/ ꝛc. vid. WEHNER. a) & ſunt in plurimis locis ſecundum objectum animalium diverſa, adeo, ut deprehendantur alia paſcua pro vaccis & ſimilibus pecoribus, Vieh-Waide für die Kühe ; alia pro equis, Roßwaid bey Tag und Nacht ; alia pro pecoribus juvencis, für die jungen Kälber ; alia pro variis animalibus mixtim in paſcua euntibus v. gr. porcis, anſeribus, ovibus, das Schmahl-Vieh ; alia denique pro jumentis ſaginariis für das Maſt-Vieh. b) Paſcua autem communia de quibus hic maximopere ſermo eſt, die Gemein-Waid pertinent ad totam communitatem & comprehendunt agros, prata, ſilvas &c. gemeine Wieſen / Aecker / Holtzungen / Anger / in quæ quilibet incola de communitate pecora ſua immittere, illisque debita moderatione ac moderamine uti poteſt, SPEIDEL. c) & in hoc jure paſcuis fruendi adeo fundati ſunt Communitatis Conſortes, ut nemo poſſit illos *impedire*, turbare, aut adimere. SPEIDEL. d). Num vero incolis communitatis, tot, quod ipſis libeat, pecora in paſcua communia immittere liceat, num vero certus ipſis numerus ſit præſcriptus, quæſtio eſt ? Ego illam ſententiam defendo, quæ cum MENOCH. e) determinationem arbitrio prudentis Domini relinquit, qui pro qualitate & quantitate paſcuorum, nach Anzahl und Gröſſer Grund und Bodens ut & pro numero prædiorum, der Güter und Huefen / hoc negotium optime expedire poterit. vid. BRUNNEM. f) qui hanc communiſſimam ſententiam eſſe aſſerit, quam etiam approbare videtur, Großreuthiſche Gem.

a) *c. l. voc.* Waidgang. b) Nögeldorf. und Großr. Gem. Ordn. ERTEL. *Pr. Aur. l.* 2. *c.* 17. *Obſ.* 3. c) *c. l. voce* Waid. d) *cit. loc.* e) *Lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 245. *n.* 15. BERLICH. P. 2. *concl.* 49. *n.* 20. MANZ. *deciſ. palat. qu.* 26. *n.* 27. f) *in l. f. C. de paſc. publ. & in L.* 17. *n.* 2. *ff. de ſervit. præd. ruſt.*

Gemein-Ordn. a) in qua constitutum, ut ille, qui nullo prædio instructus, ein Beständner/ so kein Feld hat / duos tantum porcos debeat habere, & si illos vendat, eo anno nullos alios sibi comparare possit. Simile statutum est b) de columbis, bonis enim immobilibus præditus tria paria, colonus vero plane nulla alere potest. Alia vero quæstio est, an ipse Dominus Communitatis, der Gemeind-Herr/ pecora in pascua communia possit immittere, & quot? Ad quam respondeo, quod quidem possit pascuis communibus uti, non vero ipsi liceat plures pecudes, quam alius incola communitatis, immittere, hic enim non majori jure gaudet, quam quivis alius de communitate, pascua enim præsumuntur esse Universitatis non vero Domini jurisdictionis. NATTA a) nec quicquam ad rem facit, quod Dominus sit Communitatis, vide plura apud ERTEL. d) Præterea Domino Communitatis *non licitum* est, pascua immutare, & ex ipsis v. g. agrum vel hortum facere, aratrum inducere, vel etiam domum in illis ædificare, quia hoc fieret in præjudicium ac damnum juris pascendi, liberque usus impediretur, Weil der Genus und Frätzung des Bodens geschmählert wird. vid. PHILOPARCH. e) Cum insuper usus pascuorum multifariam ad vitæ nostræ sustentationem inserviat, summa cum diligentia laborandum est, ut 1) pecora contagiosa, morbosa & pestifera, cujuscunque sint generis, ab usu pascuorum arceantur, ne scil. alia pecora ab his inficiantur & pereant, id quod sub pœna in der Mögeldorfischen Gemein-Ordnung de equis, vaccis & juvencis &c. prohibitum est. 2) Ut non liceat bovem castratum, petulcum,

a) *n. XI.* b) *n.* 25. *l. c.* c) *Cons.* 460. *n.* 10. *l.* 2. SPEIDEL. *c. loc. voc.* Waidgang. d) *cit. loc. obs. V.* e) Kluger Beamter *P. II. tit.* 38. §. 21. & 28. SPEIDEL. *c. l.* BESOLD. *cit. loc. voc.* Waidgang. conf. etiam ERTEL. *c. l. obs.* 6. *ubi casum de hac materia recenset.*

tulcum, cornibus damnum inferentem, cum aliis pecoribus ad pascua communia admittere, man soll keinen verschnittenen Ochsen/ der das Vieh stößt/ für den Hirten schlagen. vid. Mögeldorf. und Großreuth. Gem. Ordnung. a) ne etiam per vaccas damni aliquid accidat, statutum est, ut cornua illarum quotannis præcidantur, adeo ut tantum pollex illis possit imponi. Ein jeglicher soll seinen Kühen die Hörner abschneiden/ also daß einer einen Daumen ungefehr darauf möge legen/ si vero hoc omittat, non tantum damnum datum secundum moderationem decurionum resarcire, sed etiam pœnam communitatis solvere tenetur. De equis ut omne incommodum evitetur cautum est, illos vel in duos anteriores pedes, vel si nimis petulanter anteriorem unum, posteriorem alterum pedem colligare, equuleum vero, das Füllein/ in stabulis retinere. vid. Großreuth. Gem. Ord. b) 3) Ut non nisi unus taurus, ein Reut- oder Heerd-Ochs in communitate *habeatur*, qui alternatim secundum ordinem per annum *alimentatur*, idcirco tempore Walburgis illi, qui *illum* alimentavit, pro labore tres floreni solvuntur c) Quo etiam in omnibus ordo servetur, certum tempus statutum est, quo pecudes pastum debeant exigi, nempe mane hora ante solis ortum, & quo debeant iterum domum cogi, nempe hora post solis occasum, & si domum coguntur, quilibet pecora ad se pertinentia statim stabulis includat. Tempus vero intra quod pecora in prata immittere licet, non ubivis est unum idemque, sed pro cujusque loci constitutione, usu & consuetudine variat, in multis enim prohibetur in pratis pascuis uti, a die Georgii usque ad festum Michaëlis, in terris Noricis intra tempora Walburgis & Michaëlis quivis pecora sua ad pascua communia

a) *n.* 7. b) *n.* 6. c) Mögeldorf. Gem. Ordn.

nia mittere debet, für den Gemein-Hirten schlagen / non vero licet neque in sua prata, neque in silvas pecora sua singulatim exigere, quod vero licet ante tempus Walburgis & Michaëlis. a)

CAPVT TERTIVM.

De Modis Constitutionis, Amissionis & Defensionis Jurisdictionis Communitatis.

§. I.

CUm hactenus Effectus, quos Jurisdictio Communitatis, secundum genuinam suam naturam proferre soleat, potissimos pro viribus pertractaverim, nunc supereſſe videtur, ut etiam tribus solummodo verbis proponam, 1) varios modos, quibus *hæc jurisdictio* constituitur, 2) diversas etiam causas quibus finitur, vel amittitur, & 3) remedia quæ ratione hujus jurisdictionis defendendæ competunt.

§. II.

Quod itaque modos constituendi attinet, ad illos 1) referri debet, concessio superioris sive Domini territorialis; sicut enim penes ipsum omnis dicitur esse jurisdictio, ac ab eo tanquam fonte scaturiente, in alios dimanare WESENBEC. b) ita etiam hæc ipsi originem debet; sive hæc concessio demum fiat per investituram sive per privilegium, sive per pactum, contractum aut aliam conventionem peragatur, LINCK c) 2) modus acquirendi est præscriptio, qua legitimo temporis spacio, lege defi-

 nito

a) vid. Mögeldorf. Gem. Ordnung. b) *Paratit. ff. tit. de Jurisdict. n.* 9. c) *Dissert. de Vogtej. c.* 2. §. 10. *& de Centena. c.* 2. §. 7.

nito continuo, nec interpellato, consensu præsumto & patientia, possessio jurisdictionis transfertur a). Quantum autem tempus requiratur, hoc pro diversitate casuum definiendum est. PAVRMEISTER b) KNIPSCH. c) STEPHANI d) Præscribitur enim jurisdictio una cum territorio, vel inter præsentes, decem, vel inter absentes. viginti annis, ut res immobilis; MICAEL. e) sine territorio vero 30. vel 40. annis, ut res incorporalis f) cum etiam omnes præscriptiones stricti juris esse præsumantur, WESENBEC. g) KNICHEN h) & hic observandum esse censeo, vulgatum illud: tantum præscriptum quantum possessum. i) Quales vero limitationes hæc regula recipiat vid. LINDSPUR. k) 3) Huc refertur etiam consuetudo quæ tacita lex est l) qua per tempus longum jurisdictionis possessio acquiritur m) 4) etiam additur electio, qua libero consensu diversarum jurisdictionum *Domini* & subditi uni jurisdictionem tribuunt, *illumque*

postea

---

a) *L.* 8. *C. de diversis offic. lib.* 12. *l. f. C. de emancip. liber. cap.* 15. *X. de præscript.* MASCARDUS *de probat. lib.* III. *concluſ.* 1055. *n.* 14. LINK. *c. l.* b) *lib.* 1. *de Jurisdict. c.* 21. *n.* 35. c) *de Jure Civitat. Imperial. lib.* 2. *c.* 6. *n. XI.* d) *de jurisdict. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 33. e) *de Jurisdict. thes.* 63. f) *cap.* 15. *X. cap.* 18. *de præscript.* PETR. MULLER ad Struv. *tit. de Jurisd. thes.* 80. *lit. Z.* WESENB. *eod. tit. n.* 9. g) *cons.* 34. *n.* 25. *P.* 1. h) *de sublim. jure territ. c.* 4. *n.* 384. i) *cap.* 30. *X. de decimis. cap.* 18. *X. de præscript.* arg. *l.* 18. *ff. de acquirend. possession.* WESENB. *c. l. n.* 12. KLOCK. *Tom. I. cons.* 10. *n.* 48. k) *dissert. de successionibus ac mutat. Imper. ac familiar. c.* 33. *n.* 94. l) §. 9. *Institut. de J. N. G. & Civil.* m) *L.* 5. *ff. de Jurisdict. ibiqae* Gloſſa, Baldus *n.* 9. & Doctores. *L.* 9. *ff. de extraord. Crimin. l.* 18. *C. de testament. l.* 1. *& ult. C. de emancip. liber. cap.* 4. *X. de arbitris. cap.* 13. *X. de for. compet.* Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. *n.* 18. *observ.* 33. *n.* 15. *observ.* 57. *n.* 14. KNIPSCHILD. *c. l. c.* 6. *n.* 12. WESENB. *Paratit. ff. c. l. n.* 9. LUDWELL. *in notis ad hunc locum.*

poſtea pro communitatis Domino unanimiter agnoſcunt, ipſique omnia quæ præſtanda ſunt, præſtant.

§. III.

Ad modos vero finiendi vel amittendi jurisdictionem pertinet 1) mors naturalis Domini communitatis; ut & 2) revocatio Superioris, ſi ſc. fuerit tantum perſonalis; non vero ſi patrimonialis; tunc enim in ſucceſſores ſive heredes tranſit; 3) Mors civilis, quando Dominus delictum aliquod gravius committat, Principem injurioſe offendat, proptereaque in bannum ſive proſcriptionem incidat. 4) Abuſus, ſi Dominus communitatis conſortes nimia ſævitia atque crudelitate oneret, finesque jurisdictionis competentis transgrediatur, a) quinto præſcriptio & nonuſus, qua Dominus per ſuam negligentiam & ſegnitiem jurisdictionem amittit, eandemque aliis modo & tempore legitimo occupandi viam exhibet. b) Juris *quidem certiſſimi eſt*, quod per ſolum nonuſum, ſi ſc. habilis caſus non eveniat, GAILIUS c) jurisdictio non perdatur, ſed neceſſe ſimul eſt, ut alter eandem ſibi præſcriptione acquirat; quapropter hæc duo conjunctim adeſſe debent, nempe ut unus non utatur; alter vero præſcribendo nanciſcatur. BACHOV. d) ROSBACH. e) aliquando tamen per ſolum nonuſum etiam amittitur jurisdictio, ſi ſc. caſu exiſtente jurisdictionem communitatis exercendam omittit, cum tamen poſſit & debeat exerce-

 re,

a) §. 2. *verſ. Dominorum Inſtitut. de his qui ſui vel alien. Jur. l.* 1. & 2. *ff. eod. l.* 1. *C. de emend. ſervor. l.* 4. *quemadmodum civil. muner. indic. c.* 2. *X. de poſtulat. prælat.* GAIL. *lib.* 1. *obſ.* 17. *n.* 2. MYNSINGER. *Cent.* 5. *obſerv.* 8. *n.* 2. CARPZ. *lib.* 1. *reſp.* 53. *n.* 10. *ſeqq.* STEPHANI *de Jurisd. lib.* 1. *c.* 39. *n.* 48. MULLER ad Struv. *Exercit.* 4. *Theſ.* 82. *lit. a.* b) *cap.* 7. *de privileg. in* 6*to.* WESENB. *de Jurisd. n.* 14. c) *lib.* 2. *obſ.* 60. *n.* 6. d) ad Weſenb. *de Jurisd. n.* 14. *lit. c.* e) *de Proceſſ. tit.* 2. *n.* 69.

re, a) 6) Renunciatio, resignatio & abdicatio Domini, LINCK b) 7) Emigratio ex communitate; cuilibet enim licitum est, ubi velit, habere & constituere Domicilium. c) Cum quo concordat effatum Ciceronis. d) De quatuor vero causis quibus hæc libertas restringitur, *vid.* ERTEL. e) 8) Appellatio a Domino ad Superiorem quæ ob varias fieri potest causas, v. gr. nimios carceres, multas, denegationem justitiæ &c. ERTEL. f) Plura vide apud STEPHAN. g) & PAVRMEIST. h).

§. IV.

Cum Domini Jurisdictionales nunquam fere forte sua contenti sint, sed semper alienis juribus inhient, illaque variis modis turbent & violent, ut exinde multa litigia & controversiæ oriantur, idcirco pro tuenda jurisdictione aliisque juribus, v. gr. piscandi, pascendi &c. varia remedia pro diversis turbationum & violationum *modis* sunt excogitata. Fit autem turbatio vel *judicialiter* vel extrajudicialiter, sive extra respectum *judicii*, quod itesrum accidit vel verbis, vel re ipsa. Verbis, dum vel dolose quis negat alteri competere jurisdictionem, ejusque liberum usum & exercitium impedit, vel falso affirmat, & gloriatur, jurisdictionem in alieno districtu ad se spectare.

MENOCH.

a) *cap.* 45. *X. de sent. excom.* Auth. *statuimus.* §. 1. *C. de Episc.* & *Cler.* PAURMEISTER., *de Jurisdict. lib.* 1. *c. ult. n.* 19. GAIL. *lib.* 1. *obs.* 28. *n.* 1. *de Pac. publ. l.* 1. *c.* 2. *n.* 22. MICHAEL *de Jurisdict. concl.* 153. *lit. d.* ZASIUS *de feudis. c.* 10. *n.* 55. ROSENTHAL. *de feud. c.* 10. *n.* 85. ERTEL. *lib.* 2. *c.* 15. *obs.* 4. Prax. Aur. ubi varia exempla allegat. COLER. *de Process. execut. P. I. c.* 2. *n.* 281. b) *Dissert. de Vogtej. cap.* 4. §. 12. *n.* 4. c) *l.* 31. *ff. ad Leg. Municip.* d) *Orat. pro Corn. Balbo. ubi hæc sunt*, inquit, *fundamenta firmissima libertatis nostræ, sui quemque juris & retinendi & dimittendi Dominum esse.* e) *c. l. l.* 2. *c.* 20. *obs.* 2. f) *c. l. l.* 3. *c.* 3. g) *de Jurisdict. cap.* 39. h) *de Jurisd. lib.* 1. *cap. ult. per tot.*

MENOCH. a) Re ipſa turbatur, ſi aliena jurisdictione in alterius præjudicium utitur, vel non præſtat ea quæ de jure jurisdictionem habenti præſtanda ſint. STRUV. b) vel prohibet & impedit, ne multa impoſita ſolvatur, vel ipſe multas imponit. MENOCH. c) MICHAEL. d) Judicialiter vero turbatur jurisdictio iterum vel verbis, ſi ſcil. quis in judicio injuſte neget, jurisdictionem Dominum habere, ſed ſibi competere contendat, e) vel re ipſa, v. gr. ſi alius judex incompetens communitatis conſortes, qua tales, absque præmiſſis litteris ſubſidialibus, ad ſuum judicium citat; citatio enim eſt actus jurisdictionalis. f)

§. V.

Remedia igitur, quæ pro jurisdictione communitatis competunt, etiam ſunt duplicis generis, nempe vel extrajudicialia, vel judicialia; ad illa autem ſpectant 1) *juſta defenſio*, qua Dominus communitatis propria autoritate *in* continenti g) contra turbatores aut violatores ſuæ jurisdictionis absque prævio proceſſu ſe ipſum defendere, & vim vi repellere poteſt; h) Defenſio enim rerum & jurium, ut corporis & vitæ licita eſt. FACHINÆUS i) LINCK k) Conſil. Altdorf. l) Caveat vero, ne moderamen inculpatæ tutelæ transgrediatur m) ſi v. g. ſigna pro indicanda jurisdictione affixa removeri, captivi ex vinculis

a) *de retinenda poſſeſſ. Rem.* III. *n.* 484. b) *Syntagm. Jur. Civ. Exercit.* 42. *th.* 30. c) *d. l. n.* 476. & 497. d) *de jurisdict. concl.* 56. e) *l.* 1. §. 3. *ff. uti poſſid.* MENOCH. *c. l. n.* 468. f) *l. ult. ff. de Jurisdict.* UMMIUS *de proceſſ. diſp.* 5. *th.* 6. & 13. COLER. *de proceſſ. execut. P. III. c.* 7. *n.* 56. & *P. I. c.* 5. *n.* 28. g) Landrecht *art.* 78. *lib. III. n.* 10. ERTEL. *Pr. Aur. lib.* 2. *c.* 26. *obſerv.* 1. & 7. h) *l.* 3. *ff. de J. & J. l.* 45. §. 4. *ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. §. 27. *ff. de vi armata. l.* 1. *C. quand. lic. unic. ſine jud. vendic.* i) *lib.* 1. *controv.* 13. k) *diſſert. de Centena. cap. f.* §. 6. l) *conſ.* 79. m) *L.* 1. *C. und. vi.*

culis eximi possunt &c. 2) pignorationes, quibus turbatus in sua jurisdictione turbantis res capit & pignori accipit, GAILIUS a) COLER. b) MEVIUS c) BERLICH. d) CARPZ. e).

§. VI.

Hæc vero, sive judicialia remedia quod attinet, ad illa referuntur 1) actiones personales ex conventionibus descendentes, si sc. jurisdictio communitatis pacto, stipulatione, vel alio contractu constituta fuerit, RULAND. f) 2) ex delicto, ob violationem imminutionem vel turbationem jurisdictionis; tunc enim etiam criminaliter vel ex lege Julia de vi publica, vel ex constitutione pacis publicæ g) agi potest; cum & is pacem publicam fregisse præsumitur, qui alterum quasi possessione jurisdictionis, reditibus, præstationibus aliisque competentibus juribus, violenter & armata manu privat. BLUM. h) CARPZ. i) WESENBEC. k) 3) actio injuriarum l) 4) ob *damnum* datum resarciendum actio legis Aquiliæ ERTEL. m) 5) pœnale judicium n) multæ præstatione. 6) decernuntur etiam mandata cum & sine clausula, cautione de non amplius offendendo aut turbando & reparandis iis quæ per violationem interversa sunt. ERTEL. o) KLOCK. p) 7. Competit contra turbatores actio utilis confessoria, vi cujus

---

a) *de pign. cap.* 1. *n.* 3. b) *P. I. decis.* 136. *n.* 14. c) P. I. *decis.* 34. *n.* 5. *seqq.* d) *P.* 2. *concl.* 9. *n.* 4. *seqq.* e) P. 2. *Constit.* 22. *def.* 3. f) *de Commissar. P. III. lib.* 7. *c.* 1. & 3. g) *de Anno* 1548. *in præf.* §. 1. Daß auch keiner. h) *Process. Cameral. tit.* 29. *n.* 15. i) *P. I. quæst.* 35. k) *tit. de Jurisdict. n.* 13. l) arg. *l.* 13. §. *f. l.* 23. *ff. de injur. Cap.* 34. *X. de elect.* MENOCH. *c. l. n.* 550. GAIL. *de pace publ. l.* 1. *cap.* 27. & *seq.* MASCARD. *de probat. concl.* 1190. *n.* 28. THOMING. *Tom.* 1. *Cons.* 24. *quæst.* 7. *n.* 32. m) *l.* 2. *c.* 26. *obs.* 1. n) *l.* 1. *pr. ff. si quis jus dicent. non obtemp.* o) *lib.* 2. *c.* 26. p) *de contrib. c.* 79. *n.* 80. *seq.*

jus ipſum jus jurisdictionis ejusque exercitium vindicatur, & negatoria, quæ datur ad denegandum jurisdictionem, quam alter in communitate prætendit a). 8) interdictum utile uti poſſidetis, quod datur turbato ad retinendam quaſi poſſeſſionem jurisdictionis b). Hinc requiritur in parte actoris quaſi poſſeſſio, in parte rei turbatio, & excluditur vitioſa poſſeſſio, ſi quis v. gr. clam, vi aut precario poſſideat c). 9. Interdictum unde vi utile, ſi quis de poſſeſſione vi dejectus, ad recuperandam amiſſam poſſeſſionem damna data reſarcienda, & impendia reſtituenda. d) 10. Remedium pleniſſimum, locupletiſſimum & tutiſſimum Juris Canonici, quia cum omnibus aliis remediis ſpoliatoriis concurrit, vi cujus ſpoliatus aut turbatus ante omnia reſtituendus ex Canone redintegranda. e)

§. VII.

Tandem etiam neceſſarium eſſe duxi paucisſimis quædam de modis probandi jurisdictionem communitatis ejusque poſſeſſionem annectere, qui quidem varii deprehendun-

a) arg. *l.* 9. §. 2. *de damno infect.* ibique Gothofred. *lit. u. l.* 6. §. 2. *arbor. furt. cæſar. ff. l.* 2. *ff. de arb. cædend. l.* 8. §. 5. *ff. ſi ſervit. vind.* GAIL. *de pign. obſ.* 25. *n.* 8. WESENB. *c. l. n.* 13. STEPHAN. *c. l. l.* 1. *c.* 40. *n.* 10. STRYCK. *de inveſt. action. ſect.* 2. *membr.* 2. & 5. OLDENDORP. *claſſ.* 3. *act.* 4. & 5. RULAND. *P. III. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 9. b) arg. *l.* 1. §. 1. & 4. *ff. uti poſſid.* §. 4. *inſtit. de interd. cap.* 9. *X. de probat.* GAIL. *de pignorat. obſ. ult. n.* 8. MENOCH. *c. l. remed.* 3. *n.* 156. CARPZ. *P. II. conſt.* 7. *def.* 11. & 12. *l. un. C. uti poſſid.* c) *l.* 1. §. 8. & 9. *uti poſſid. l.* 6. §. 1. *de acquir. & amittend. poſſeſſ.* GAIL. *obſerv. ult. n.* 6. d) *l.* 17. *ff. de acquir. & amitt. poſſeſſ. l.* 11. §. 4. *l.* 15. §. 7. *ff. quod vi aut clam. l.* 2. *C. unde vi.* MENOCH. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 81. WESENB. *n.* 9. GAIL. *lib.* 2. *obſ.* 77. CARPZ. *P. IV. reſp.* 78 *n.* 2. & 3. e) *Can.* 3. *cauſ.* 3 *quæſt.* 1. *cap.* 18. *X. de reſtit. ſpol.* GAIL. *lib.* 2. *obſ.* 75. *n.* 10. BERLICH. *P. I. concl.* 21.

henduntur; ut plurimum tamen ſumuntur l) ex actibus jurisdictionalibus, quos Dominus Communitatis ſine interruptione exercet. MENOCH. a) WESENBEC. b) & quidem manifeſto c), non violenter, GAIL. d) BRUNN e) non precario aut jure familiaritatis BESOLD. f) MASCARD. g) MENOCH. h) Sunt autem illis actus 1) plectio officialium Beſtellung der Dorfs-Vierer und Haupt-Leut/ 2) edicta & ordinationes promulgatæ die Gemein-Ordnungen KNICHEN i) 3) pignorum captiones KNICHEN k) 4) multarum compendia ob damna campeſtria aliqua varia mala in univerſitate perpetrata KNICHEN l) hæ enim nemini ſolvuntur, niſi cujus jurisdictio agnoſcitur GILMANN. m) BOCER n) 5) collectæ ob uſum communem impoſitæ Gemeinds-Anlagen. 6) Pulſus campanæ der Glocken- und Sturm-Streich. 7) Carcer civilis Korb oder Narren-Haus aliaque &c. II) Ex antiquis chronicis annalibus librisque hiſtoricis, qui ſingularem fidem merentur. o) III) Ex fama & comuni opinione p) IV) ex teſtium depoſitione de exercitio libero jurisdictionis etiamſi de auditu ſolum deponant q) V) ex præſcriptione legi-

a) *Remed. III. ret. poſſ. n.* 585. *& conſ.* 725. *n.* 10. b) *P. IV. conſil.* 197. *n.* 10. c) arg. *l. fin. de rit. nupt. l.* 54. *de adminiſtr. tut. l.* 1. *uti poſſid. l.* 1. *quod vi aut clam.* d) *de arreſt. c.* 1. *n.* 23. e) *Conſ.* 102. *n.* 17. f) *Conſ.* 118. *n.* 79. g) *vol.* 3. *concluſ.* 1189. *n.* 8. h) *Conſil.* 202. *n.* 44. *& de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 160. *n.* 15. i) *de jur. territor. c.* 3. *n.* 285. k) *c. l. n.* 299. l) *c. l. n.* 287. & 300. m) *Tom.* I. *P.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. *n.* 125. *ſeq.* n) *de regal. c.* 3. *n.* 8. 15. *ſeqq.* add. SIXTIN. *de regal. lib.* 2. *cap.* 8. REINKING. *lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 4. *n.* 4. o) *cap.* 13. *X. de probat.* MASCARD. *de probat. concl.* 287. p) *cap* 13. *X. de prob.* MONTAN. *de fin. reg. c.* 53. *n.* 16. BALD. *in l. ult. n.* 42. *C. de edict. D. Hadr. tollend.* q) *cap.* 13. *X. de prob.* GAIL. *lib.* 2. *obſ.* 66. *n.* 11. WESENBEC. *conſ.* 181. *n.* 60. MASCARD. *concl.* 1397. *n.* 4. 6. *concl.* 949. *n.* 1. & 8.

legitima & continua poſſeſſione a) VI) ex inſtrumentis documentis, privilegiis & contractibus b) VII) ex variis libris urbariis Saal-Bücher/Straff-Regiſter. WEHNER. c) VIII) Maxime & ſine omni exceptione probatur jurisdictio communitatis in Franconia ex jure paſtorem conſtituendi, den Hirten-Stab. IX) præſumptionem jurisdictionis etiam præ ſe ferunt varia ſigna & notæ, quæ hinc inde in communitate conſpiciuntur. MENOCH. d) WESENB. e) Et hæc de Jurisdictione Communitatis in præſens dixiſſe ſufficiat, quare terminum hic figo, & DEO Ter Optimo Maximo humillimas perſolvo gratias, pro clementer conceſſis viribus, quibus laborem hunc academicum feliciter ad finem perducere licuit. Adſit imposterum Spiritus Sancti gratia conatibus meis, ut omnia ſecundum vota cedant.

F I N I S.

a) *l.* 6. C. *de fund. rei priv. lib. XI. l.* 23. §. 1. C. *de agric. lib. XI.* GAIL *cap.* 7. *n.*16. *de arreſt.* MYNSING. *cent.*1. *obſ.*30. *cent.*5. *obſ.*29. b) *cap.* 13. *X. de probat.* CARPZ. *P. I. tit.* 8. *reſp.*78. *n.*6. WESENB. *conſ.* 48. *n.* 10. MASCARD. *vol.*2. *concl.* 958. *n.*29. c) *Obſ. pract. voce* Bücher. conf. KNICHEN. *de ſubl. jur. territ. cap.* 3. *n.* 261. & 339. MASCARD. *concl.* 207. *n.* 1. d) *lib.* 3. *de præſumt. cap.* 90. *n.* 10. e) *conſil.* 44. *n.* 13. add. MASCARD. *de probat. vol.* 1. *concl.* 230. *n.* 2.

PRæmia doctrinæ Cultorem certa
seqvuntur,
Et sua pro merito munera qvisqve
capit.
Sic Tua jam Numen divinum vota
secundat,
Præmia qvum duri læta laboris
habes.

gratulabundus scribeb.
JOH. GEORG. FICHTNER, *D.*

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ

Ad

Prænobilissimum, Consultissimum,
Clarissimumque
DN. C. W. TEVFFELIVM, I. V. CANDID.
inauguraliter disputantem:

SVrge Decus Themidos, doctæque frequentia, raro
quae tractavisti themate, jura refer!
Applaudunt cuncti studio, laudantque labores,
Patria cara, quibus praemia digna dabit.
Gratulor interea primos, quos sumis, honores,
Vtque nova accedant munera saepe, precor.

Georgius Christophorus Erlabeck,
I. V. Lic.

WAs hier / Gelehrter Freund / Dein Kiel hat aufgesetzet /
Zeigt zwar vollkommen schon Dein hohes Wissen an;
Doch wird diß billig nur als wie ein Stück geschätzet /
Da / wie das Ganze sey / man leichtlich schliessen kan.
Schon diese Schrifft bezeugt / Du habest deren Hoffen /
Die sich schon viel von Dir versprochen / übertroffen;
Trifft nun mein Wunsch zugleich mit jener Hoffnūg ein /
So wirstu bald berühmt / und mehr als DOCTOR seyn.

Also wolte bey dem gelehrten
Specimine Dissertationis Inauguralis
dem Herrn DOCTORANDO applaudiren
ein ergebenster Freund
und Diener

G. F. D.

WJe zeigt Dein kluger Sinn / Gelehrter CANDIDAT,
Auf dem Catheder uns / wie hoch Dein Fleiß gestiegen;
Drum muß das holde Glück zu Deinen Füssen liegen /
Weil Dich Astræa längst zum Schatz erwählet hat.
Du weißst der Rechte Grund / und trägst den rechten Lohn
Für Deinen grossen Fleiß / und unverdroßnes Wachen /
So manche gantz entseelt und Krafft-loß können machen;
Der wahren Weisheit Schatz / und Lorbeer-Krantz davon.

Diese wenige Zeilen wolte
dem Hochgeehrten Herrn CANDIDATO
glückwünschend beyfügen

M. Ambrosius Scheumæder. M. C.

PVrpureas Aurora fores vix fulgida pandit,
Jam patuit libri pagina docta TIBI!
Nunc aperit Gazas Musarum turba latentes,
Purpureum Themidos TE manet atque
Decus.

Gratulabundus
scripsit
Frider. Pund / Norimb.
Oppon.

QUod Tibi TEVFFEL *I fuerat* suavissime, *cordi,*
Pernox Pieriis invigilare choris:
Egregios Astraea Tibi nunc tradit honores,
Doctis quos Gnatis tradere sancta solet.
Qui nunquam pereunt, qui corpus ut umbra sequuntur:
Omnia nam secum Doctus ubique trahit.

Nobilissimo nen noo Doctissimo
DN. CANDIDATO,
prosperrima quaeque apprecaturus,
lubens meritoque haec addere
voluit, debuit

Andreas Bartholomæus Schmidt /
J. V. Cult. Opp.

Ihr /

Ihr/ die ihr noch nicht wißt/ was unser Teuffel weiß/
Was ER im Recht gethan/ mit unverdroßnem Fleiß/
Mit welchem Nachdruck ER kan Zung und Feder führen;
So leset diese Schrifft/ und hört IHN disputiren.

Dieses wenige fügte
aus wohlmeinender Feder bey
des Herrn CANDIDATens
ergebenster Freund
und Diener
Johann Carl Düstau/
J. V. Stud.

Du liebst/ Geehrter Freund/ nur ungemeine Sachen/
Was von der Tugend konīt/ und was Gelahrheit heist:
Drum wird kein Unfried sich zu Deiner Ruhe machen/
Da ein gemeines Gut viel Strittigkeiten weist.
Die Tugend pflegt zwar nicht nur einen Sohn zu haben/
Doch ist ihr hoher Trieb noch lange nicht gemein/
Und da die meinsten sich mit bittern Wassern laben/
So saugen wenige den Safft der Weisheit ein.
Du bist in dieser Zahl. Nimm die verdienten Ehren/
Die Dir der Themis Huld ietzt zuerkennet/ an/
Sie sind schon nicht gemein/ und werden sich noch mehren/
Weil Dein erhabner Geist Dich selbst erhöhen kan.

Dieses wenige wolte
dem Herrn CANDIDATen
seinen ergebenen respect zu erweisen
beyfügen
Joh. Ern. Blumröder, Elleb. Schvvarzb.
S. S. Theol. Cult.

Der

DEr Teuffel ist ein Feind des Rechts und Billigkeit/
Und sucht auf alle Weiß dasselbe umzureissen.
Allein Herr Candidat find't in den Rechten Freud/
Und lehrt/ wie Themis sich müss' aller Orten weissen.
Sie wird Ihn auch/ weil Er ihr hold/ mit Ehren zieren/
Und Seinen Ruhm und Glück bis an die Sterne führen.

Diese wenige Zeilen
wolte
Dem Herrn DOCTORANDO
zur Bezeugung
seiner schuldigen *Gratulation*
wegen des herrlichen *Speciminis*,
hiebey setzen/

Dessen ergebenster
Franc. Bernh. Pantzer/ Sulzbaco-*Palat.*
Jurium Stud. Opp.

DEr Teuffel ist ein Feind des Rechts und Billigkeit/
Und sucht auf alle Weiß dasselbe umzureissen.
Allein Herr Candidat find't in den Rechten Freud/
Und lehrt/ wie Themis sich müss' aller Orten weissen.
Sie wird Ihn auch/ weil Er ihr hold/ mit Ehren zieren/
Und Seinen Ruhm und Glück bis an die Sterne führen.

Diese wenige Zeilen
wolte
Dem Herrn DOCTORANDO
zur Bezeugung
seiner schuldigen *Gratulation*
wegen des herrlichen *Speciminis*,
hiebey setzen/

Dessen ergebenster
Franc. Bernh. Pantzer/ Sulzbaco-*Palat.*
Jurium Stud. Opp.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Teuffel, Christoph Wilhelm / Pund, Friedrich. / Schmidt, Andreas Bartholomäus.

Dissertatio Inavgvralis Jvridica De Jvrisdictione Commvnitatis Sive In Res Vniversitatis = Die Dorf- oder Gemeind-Herrschafft und Gemeind-Recht

[Altdorf b. Nürnberg] A. 1722

4 Diss. 1609#Beibd.27
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10817478-7
VD18 15136582